LUSUUM POËTICORUM SYLVA:

AD USUM *SCHOLARUM.*



LONDINI,
Typis *E. C.* MDC. LXVII.


BRITISH



STUDIOSÆ JUVENTUTI.



Am cui meliùs luſus offeram, quàm ætati, cui nihil accidere poteſt gratius, quàm ludere? At, inquies, ſtudioſam Juventutem alloqueris, atque adeò à ludis prorſus alienam. Fateor, ſed eos luſus propono, qui non tam avertunt à ſtudiis quam advertunt ad ſtudia. Non aleæ pleni ſunt illi, non temporis, non pecuniæ jacturam afferunt, nullam conſcientiæ labem aſpergunt; Contra verò & aciem acuunt ingenii, & admirationem magnam faciunt, & quod ante omnia hîc ſpecto, quamquam laboris & operæ plurimùm plerique petunt, placent. Age itaque, nihil eſt quod vereare, manum admove his ludis, ſtudioſiſſima juventus. Sed illud memento, luſus me dediſſe, non ſeria. Quare cave, ne quod acceſſio debet eſſe, ſtudiorum caput fiat. Non ea profectò mihi mens fuit. Luſus iſti ſi neſcis, ſunt ejuſmodi, quibus ſi immoderatiùs incumbatur, caput obtundant ingeniumq; hebe-

tent : ſi verò moderatè adhibeantur, anim
recreent, iiſque acumen adjungant. Qu
propter te moneo hortorque nè tempus aliu
his luſibus impendas, quàm ſubſecivum, c
quod tibi à gravioribus ſtudiis reliquum eri
Tum pro miniatis illis foliis, quibus al
magis quam ingenium præeſt, pinge t
ipſe folia, non minio, non argento, non a
ro, quæ corporis oculos duntaxat perſtri
gunt, ſed coloribus iis, lineiſque, quæ Ze
xidis, Apelliſque premunt opera, & ſp
ctantium animos longè majori admiratio
defigant. Vale.



Lusuum Poëticorum Sylva.

SYlvam ingredimur, non hortum. Quare ne quære hic ordinem. Arbores in sylvis temerè plerumque, prout natæ sunt, & sine ordine relinquuntur. Naturam in hâc sylvâ imitabimur. Quicunque primi venient in mentem lusus, ii rimum locum obtinebunt. Agmen itaque ducat

ANAGRAMMATISMUS.

it autem nominis alicujus literas invertendo, transponenoque, donec eædem literæ sensum aliquem efficiant, vel in ituperium ejus quem anagrammatismo volumus ornare, vel famare. Ita sic hoc nomen invertas


BORBONIUS.

licies tandem hanc laudem

ORBI BONUS.


Leges verò sunt istæ.

lures quàm duas literas mutare
uidquam addere & detrahere } *nefas esto*
ræter unam literam
Exempla subjicio.



In isto Anagrammate,
CALVINUS.

LUCIANUS.
ihil immutatur, nihil additur, nihil demitur. Sunt enim otidem literæ, atque eædem omnino in utroque vocabulo.



In hoc.

CONCEPTIO SANCTÆ MARIÆ.

ANIMA EXORTA, SINE PECCATO.

Una tantum litera mutatur. Videlicet O in X.



In sequenti.

MARTINUS LUTHERUS.

VTER VINUM ARCTANS.

Duæ mutantur literæ L. & H, in C. & A.

Adduntur præterea versus aliquot quibus anagrammatismus explicatur. Exemplis res patebit quæ subjicio, ex Bencio, Bauhusio, & aliis.



ANAGRAMMA.

IGNATIUS DE LOIOLA.

Nihil mutatum

O IGNIS ILLATUS A DEO.

O D E.

Bencius.

Cum Deus è nihilo mundum disclusit, & orbem
Terræ polumque condidit.
Inseruit que homines terris, & sydera Cœlo.
Ut parte ab omni nobile,
Dædala quod magni tornârat dextra parentis,
Opusque perfectum foret.
Ac sacra degeneri torperent corda veneno
Adstricta, vel pigro gelu.
Sed magis ad superos facili se tramite ferret,
Totoque mentis impetu.
Vidit, & invidit cœlo teterrimus hostis
Exactus in cæcos specus,
Et gravis aggestu terrâ consopiit ignem,
Ac mole clausit saxeâ.
Hinc anima hærebat terris lutulenta, velut sus,
Et serva & hospes corporis.
Atque oppressa gravi sub pondere mersa jacebat
Tenebricoso in carcere.

Nec


Non tulit hanc speciem rerum mitissimus auctor,
Operisque servator sui.
Et simul in terras æternos rettulit ignes
Delapsus alto ab æthere :
Ut flammam imbiberent mentes, castasque medullas
Divinus intraret calor.
Hinc onere excusso è tenebris mortalis origo
Recreata sustulit caput :
Cæpit & ætherias arces sperare, suamque
Hæreditatem cernere.
Sed tamen in pejus potuerunt lapsa referri
Iniquiora tempora.
Atque iterum desævit hyems, crassumque rigorem
Penetrale frigus intulit.
Has etiam, ut voluit rebus succurrere fessis,
Miseratus ærumnas Deus ;
Nec misera horrendam patiantur secula noctem,
Et fœdus obcæcet nigror.
Insignem virtute virum, & præstantibus ausis
E bellicosâ Iberiâ
Extulit, Hic dudum sopitos suscitat ignes,
Et nomen eventu probat.
Namque putem instinctu superum, monituque parentes
Nomen dedisse Ignatio :
Ut prius æstiferâ conceptum mente vaporem
Lumenque terris dividat.
Magnaque de tenui veniant incendia flammâ,
At multa inardescant face,
E que mari Hesperio rubicundi solis ad ortum,
Lucemque & ignem differant.
O magnum decus hoc ævi Tu Ignatius ille es.
ILLATUS IGNIS A DEO.

GREGORIUS DECIMUS QUARTUS.

MURUS CUSTODIAQUE GREGIS. — Idem Deleius.

(Hic mutatur una litera. R. in S. & demitur una A.)

Ni Dominus alto cinxerit muro domum,
Cingentis est vanus labor.
Ni civitatis tutor, & custos Deus,
Frustra incubat noctu vigil.
Gaudere fas est, missus è cœlo GREGI
Est MURUS & CUSTODIA.



Idem. Nihil mutatum

OCTAVIUS DE AQUA VIVA.

JUVA QUIA AUCTUS A DEO.

Benignitas semper juvat, sed tum magis
Cùm major auctæ gratia.
O flos benignitas, Octavi, magis
JUVA QUIA AUCTUS A DEO.



Idem. Nihil mutatum

MEDIOLANUM.

EN ODI MALUM.

O illa felix civitas, cui sic licet
Quid civitati principi Insubrum licet,
Matrique patris optimi, & sanctissimi
Dixisse, & insit veritas verbo, & fides;
Trajectæ id arte nominis dant literæ
Ad indicandam fortè si rem pertinent.
Bonæ æmulatrix gloriæ EN ODI *MALUM.*
O illa felix, & beata civitas.



R O *M A.*

A M O R. Bauhusius.

M A R *O.*

Ut cumque Romam verteris
Reges in ullâ inveneris,
Namque ipsa Roma Regibus,
Maro dominatur vatibus,
Rex ille cordis, omnibus,
Rex ille quem vocant Amor.

LOVA-

L O V A N I V M.

VINVM ALO.

Cerasa, nucesque, pomaque,
Amygdalasque, prunaque,
Lapidosa cornua, & mespila,
Et quicquid est tragematum,
Mensas secundas quod vide',
Concedo totum Belgicæ;
Ego VINVM ALO Lovanium.
Attexam & recentiora quædam,

A N A G R A M M A.

J E S V S.

Nihil mutatum.

VIS ES.

Quid tibi non cedat JESV fortissime? VIS ES.
Ah! quando VIS ES, pectora, nostra doma.

A L I U D.

Latinum. Gallicum.

M A R I A. M A R I E.

A M A R I. A I M E R.

Virgo tuum nomen quis non amet? illud amoris
Plenum est, nil Maria est Romanis, præter AMARI!
Et Francis O dive tuis nil præter AMARE.

IGNATIVS DE LOIOLA.

IGNIS DEI ALTA VOLO.

Miraris tanto ad cœlum me tendere nisu?
IGNIS *sum alta placent ignibus,* ALTA VOLO.

FRANCISCUS XAVIER.

FAX VERBI, VAS CRUCIS.

VAS CRUCIS es Francisce, tuo quam pectore gestas
India te VERI sat probat esse FACEM.

De Anagrammatismis potes consulere Guillelmum Blancum qui librum eâ de re edidit.

ACROSTICA.

Sunt Carmina quorum primæ literæ ita sunt dispositæ ut nomen aliquod aut etiam sententiam totam exprimant, quod facile intelligitur ex versibus Sibyllæ Erythrææ, quos latinè huc affero, quorum primæ literæ has voces efformant.

JESUS CHRISTUS DEI FILIUS SERVATOR.

J *udicii in signum tellus sudore madescet,*
E *t Rex æternus summo descendet Olympo,*
S *cilicet ut carnem, mundumque ut judicet omnem,*
U *nde Deum fidi, diffidentesque videbunt,*
S *ummum cum Sanctis in secli fine sedentem*
C *orpore vestitas animas quo judicet olim.*
H *orrebit totus eum densis vepribus orbis:*
R *ejicient simulachra viri, flamma omnia aduret:*
I *ncendetque fores angusti carceris Orci,*
S *anctorumque omnis caro libera reddita lucem*
T *unc repetet, semper cruciabit flamma scelestos:*
U *tque quis occultè peccaverit omnia dicet,*
S *ub lucemque Deus reserabit pectora clausa.*
D *entes stridebunt, crebescent undique luctus,*
E *t lux deficiet, Solemque nitentiaque astra*
I *nvolvent tenebræ, tum Lunæ splendor obibit.*
F *ossas attollet, juga deprimet ardua montes;*
I *mpedietque nihil, mortales amplius altum*
L *onga carina fretum non scindet, montibus arva*
I *psa æquabuntur, nam fulmine torrida tellus,*
U *ndique & sicci fontes, & flumina hiabunt:*
S *ydereisque sono tristi tuba clanget ab oris.*
S *ultorum facinus mærens, mundique dolores,*
E *t sedem ostendet, lugentem terra dehiscens,*
R *egesque ad solum sistentur numinis omnes.*
V *ndaque de Cœlo fluet ignea, sulfure misto,*
A *tque omnes homines signum præsigne notabit.*
T *empore eo lignum visu peramabile Sanctis*
O *ppositus mundo casus, sed vita priorum*
R *espergendo lavans duodeno fonte necatos.*

Sed

Sed sunt alia paulò difficiliora cùm verbi gratiâ & initium & finis habent Acrostichidem. Vel cùm in principio, me io, & fine, aut eædem aut diversæ sententiæ leguntur. Vel quod difficillimum est, cùm literis vario ordine dispositis aliquid in medio veluti delineatur & exprimitur, ut videre est apud Publicum Optatianum Porphyrium in Panegyrico Constantini, qui literas alicubi eâ serie aspergit versibus suis, ut & biremem efficiant, & simul sententiam quam leges, si biremis partes attente percurras. Si verò versus tantum continenter legas, videbis easdem literas ita versibus inclusas, ut eorum partes sint necessariæ. Potes & idem videre apud Rabanum Maurum, qui eâdem ratione cruces non modò, sed etiam Christi è Cruce pendentis Imaginem, atque etiam alicubi Monachi genibus nixi, & alia ejusmodi. Sed uterque, quod te monitum velim, operosiora scripserunt poëmata, quàm elegantiora, & veneratione digniora propter antiquitatem, & pia carmina, quibus maxime Rabanus commendabilem se posteritati fecit, quàm imitatione. Quare satis mihi erit ex Optatiano nonnulla afferre exempla, è facilio bus, non tam, uti dixi, modo, ut imiteris, quàm ut artificium cognoscas.

ACROSTICHON DUPLEX

SIVE

Acrostichis & Telostichis.

PIUS AUGUSTUS CONSTANTINUS.

P *rinceps beata placido sub axe jam nun* **C**
I *ustis serene populis favente mund* **O**
U *ictor triumpha tribuens salubre nume* **N**
S *æclis perenne dominans perenne fausti* **S**
A *uthor salutis oriens quietus ibi* **T**
U *otis favente dominis superne dextr* **A**
G *aude subire placidum regentis ome* **N**
U *irtus vigore radians serena præsta* **T**
S *anctis videre superis remota mund* **I**
T *otum sub orbe moderans salubre nume* **N**
U *inces ubique superum fovente nut* **U**
S *æclum per omne dominans beate solu* **S**

IN AMSTELODAMUM.

ACROSTICHIS SIMPLEX.

HADRIANI JUNII.

A *urem ut perhibet, quondam ab Jove perpluit Imber*
M *agnificis turgentem opibus Rhodon: Horrea Romæ*
S *icaniam esse Ceres victuro munere cessit,*
T *orsit & huc oculos facilis Deus ipse benignos,*
E *t me multam opibus jussit, florereque rebus*
L *ætis: at circundor aquis pigrâque palude*
O *bsita roboreoque solo stant culmina nixa*
D *epactis altè trabibus, surgentia cælo.*
A *lternansque statis vicibus maris æstus aperti*
M *œnia subcingit, quâ parte exotica puppes*
V *eliferæ invectant onera, exportantque frequenti*
M *ercatu, Hesperias quâ se demittit in undas.*
B *arbaraque Eöus pandit quâ littora Titan*
E *medio, quos nostra tamen non area verrit,*
L *egiferæ cumulos Cereris, genitalia dona*
G *argara perventu tanto non farris abundant,*
I *nferior fuerit vel Momo judice. mecum*
C *ontendat locuplete penu si Trinacris, ora*
Æ *qualesque ferax non Africa stipat acervos,*
H *orreum & agnoscit me non malè Belgica felix,*
O *mnigenas ut opes, sic vitæ alimenta ministro.*
R *ectè ut quis saturæ similem me dixerit alvo,*
R *obore defectos succum quæ duxit in artus.*
E *ximiæ hinc adeò Cæsar me ferre coronam*
V *irtutis decus, ac munus spectabile jussit.*
M *ateriam at linquo scribendi vatibus amplam.*

Habet hæc Acrostichis hæc verba

AMSTELODAMVM BELGICÆ HORREVM.


Acrostichis Triplex.

Fortissimus Imperator.

Clementissimus Rector.

Constantinus Invictus.

F	*ortia facta du*	C	*is toto dominantia jam nun*	C
O	*rbe canam, queis*	L	*æta suo sub principe tant*	O
R	*ursum Roma ten*	E	*t, mundi caput, inclyta carme*	N
T	*u vatem, tu diva,*	M	*one , lacerata cruenti*	S
I	*mperiis pars f*	E	*ssa polo divulsa gemeba*	T
S	*ceptra, ac Auso*	N	*iæ mœrebat perdita jur*	A
S	*i qua fides, tan*	T	*is Romanum gloria nome*	N
I	*nsignit titul*	I	*s domino, sed libera quærun*	T
M	*œstaque jure*	S	*uo trepidat plaga max. mund*	I
U	*nde Jubar luci*	S	*primum radians Hyperio*	N
S	*yderibus puls*	I	*s rutilo diffundit ab ort*	U
I	*nde tuum nomen*	M	*ultum venerabile cuncti*	S
M	*axime bel'ant*	U	*m domitor, lux unica mund*	I
P	*erpetuis voti*	S	*cupiunt memorabile Nume*	N
E	*xoptant servi*	R	*e, volunt memorabile dici*	V
R	*emque laremqu*	E	*suum, tanta est tibi gloria just*	I
A	*ugusto, juvat e*	C	*ce tuo sub fœdere jam nun*	C
T	*otum orbem pos*	T	*tot cædes, quas fessa gemeban*	T
O	*mnia, nunc null*	O	*tandem trepidantia [mot*	U
R	*emuleis servi*	R	*e piis pater inclyte justi*	S



Acrostichis Duplex, Cum duplici Rhombo.

Si numeros istos sequaris facile leges; primus & secundus numerus designant quilibet totam seriem sibi subjectam usque ad crucem. Sic autem leges.

Certa salus rerum, proles invicta tonantis.

Postea sume illud O majusculum cui respondet nota ista 3. & conscende usque ad superiorem notam 4. è qua descendens usque ad majusculum I. quod in medio versu respondet huic sinistræ 3. rursus conscende ad 5. mox descende ad sex invenies,

Orbi tu renovas felicis tempora sæcli.

Eandem rationem serva descendendo à 7. ad 8. mox iterum atque iterum ascendo & descendendo usque ad 10. leges hunc versum,

Aurea Justitiæ terris insignia donas.

    4 5
1C *onstanti* N *e pater te mundi gl* O *ria consu* L2
E *cce tuo r* E *n* O *vata dabis tot a* P *e* R *ta labor* E
R *egna pe* R *inn* V *meras gentes* M *ox c* A *rus Eöi* S
T *ot pop* U *lis pi* A *jura feres* E *t solu* S *in omn* I
A *ugus* T *us mundo* S *parges e* T *in ultim* A *n me* N
S *ole* I *bi felices* F *aciet* S *pes perpet* E *nut* U
A *rs* B *ona justitia* E *& d* I *vum vicina de* C *or* I
L *a* R *gi dona boni cœ* L *o* C *apitine* * *luit il* L *u* C
3V O *ta quod optarint p* I *etatis cana subib* I T 6
7S A *n&a Ceres tellus* R *eddit Baccheïa lap* S A10
R *i* V *is dona suis non* E *u* R *ie flamine turb* A *n* T
E *no* R *mes pelagus* T *atm* I *tis principe* N *ot* O
R *es p* E *rjusta vig* E *ns ori* S *sua signa* B O *öte* N
U *ltim* A *consorti* A *ttollunt* I *v sidera* D *extr* A
M *axime* J *ustit* I *æ lumen co* N *cordi* A *nomen* N
P *acific* U *m te* T *ota cupit jam* S *auc* I *a, & ora* T
R *es tessâ* S *c* I *to pare leges tu* I *u* N *ge seren* I
O *rbis vota* T *ui gentes sti jun* G *e volente* S
† 8 9 †

* *mendum insanabile.*

ACRO-

ACROSTICHIS TRIPLEX.

In quâ inspersæ sunt lineolæ quatuor quæ sibi invicem respondentes decussim penè efformant.

Sexies hic legitur versus,

Sanćte tui vatis Cæsar miserere Serenus.

Ter videlicet sequendo scribendi rationem à lævâ ad dexteram in initio, medio, fine. Deinde in quatuor angulis sunt quatuor series literarum majuscularum quæ continent hunc versum, quem ut legas sequere naturalem scriptionis nostræ ordinem, id est à levâ ad dexteram. Et invenies,

Aurea sic mundo disponas sæcula toto.

S	anćte tui vatis Cæ	S	ar miserere Sernu	S
A	*uguste omnipotens*	A	*lmo mortalia cunćt*	A
N	*umine lætificans ,*	N	*obis da gaudia nome*	N
C	*onstantine tuum , fæ*	C	*undi Carminis ex ho*	C
T	*e duce det musas, nam*	T	*ristis musa recusa*	T
E	*gregios* A *ćtus jam s*	E	*dens cri* M *ina parca*	E
T	*unc meli* U *s dominum*	T	*e vix sec* U *ra sonabi*	T
V	*irtutum* R *ector pot*	U	*it vix pa* N *gere versu*	U
I	*sta modo* E *t mæsto s*	I	*c saltem* D *icere vat*	I
V	*ix mihi C* A *lliope pa*	V	*itanti c* O *nscia nut*	V
A	*nnuit au* S *a precem v*	A	*tisque e* D *icere fat*	A
T	*ristia s* I *gnato par*	T	*es ut lim* I *te Clauda*	T
I	*ure patri* C *armen med*	I	*is pars* S *extima tal*	I
S	*it nota prima sui, * &*	S	*it pars extima tali*	S
C	*eu mediæ primis oc*	C	*urrens aptius isti*	C
A	*d laterum fines & p*	A	*rs quæ dividit ors*	A
E	*medio caput esse . qu*	E	*at versuque . refert*	E
S	anćte tui vatis Cæ	S	ar miserere Serenu	S
A	*lma salus orbis* Rom	A	*e decus inclyta fam*	A
R	*e melior pietate pa*	R	*ens ad martia vićto*	R
M	*itior ad veniam per*	M	*ulcens aspera legu*	M
I	*ustitiæ æternæ V*	I	*res & gloria secl*	I
S	*pes data* P *lena boni*	S	*& felix* C *opia rebu*	S
E	*ximium c* O *lumen vet*	E	*rum virt* U *te fidequ*	E
R	*omæ mag* N *e parens a*	R	*mis civi* L *ibus ulto*	R
E	*t summi l* A *us grata D*	E	*i mens cl* A *ra supern*	E
R	*ebus mis* S *a salus pe*	R	*te pax op* T *ime dońo*	R
E	*t bellis* S *ecura qui*	E	*s sanćta* O *mnia per t*	E
S	*olis jur* A *suis fidis*	S	*ima dex* T *ra mariti*	S
E	*t sociat* E *jugum pra*	E	*bet cons* O *rtia vita*	E
R	*espice me *falso de c*	R	*imine maxime rećto*	R
E	*xulis afflićtum po*	E	*na nam cætera causa*	E
N	*unc objećta mihi ve*	N	*ia venerabile nume*	N
V	*ince pia , & solito s*	U	*perans fatalia nut*	U
S	anćte tui vatis Cæ	S	ar miserere Serenu	S

* i. Non eliditur.

Possem



POssem huc afferre S. Joannis Damasceni Poëmata quorum initiales literæ totos quatuor versus exprimunt, sed quia Græca sunt, atque etiam longiora, lubens prætermitto.

Efformantur quoque figuræ quælibet versibus, modò augendo, modò detrahendo, hic longiùs, illic breviùs, prout res postulat carmen faciendo. Hujus generis extant cum operibus Theocriti Simmiæ Rhodii, Ovum, Ala, Securis, Fistula: Atque ibidem Dosiadis cujusdam Ara. Possunt autem fieri variis carminum generibus; imò non aliter ova condi queant, nisi initio vocabulum aliquod duarum syllabarum posueris, postea semper sensim vocabula, & carmina longiora addas usque ad mediam ovi partem. Verbi gratia post vocabulum trissyllabum aut quadrissyllabum, apponas Versiculum adonicum, postea pherecratium, aut glyconicum, & ita deinceps. Postquam perveneris ad umbilicum (ut ita loquar) procede semper minuendo usque dum videas absolutam ovi figuram. Ita de cæteris.

Juvat ex eodem Optatiano, quem paulò superius laudavi, duo aut tria exempla afferre. Quanquam enim non ita latina sunt, & elegantia, artificium tamen illa tibi ob oculos ponent.

Sunt omnes versus Iambici Trimetri, seu senarii decrescentes numero syllabarum prout res exigit.

ARA.

Vides ut ara stem dicata Pythio
Fabre polita vatis arte musicâ.

Sic pulchra sacratissima gens Phœbo decens
His apta templis queis litant vatum chori
Tot compta sertis, & camœnæ floribus
Heliconis locanda lucis carminum
Non cautè durâ me polivit artifex,
Excisa non sum rure montis albidi
Lunæ nitente, nec pari de vertice,
Non cæsa duro nec coacta spiculo.
Altare primos eminentes angulos
Et mox secundos propagare latius
Eosque caute singulos subducere
Gradu minuto per recurvas lineas
Normata ubique sic deinde regula
Ut ora quadræ sit regente limite
Vel inde ad imum fusa rurium linea
Tendatur arti latior per ordinem
Me metra pangunt de camœnarum modis
Mutate nunquam numero dum taxat pedum
Quæ docta servat dum præceptis regula
Elementa crescunt & decrescunt carminum
Has Phœbe supplex dans metrorum imagines
Templis chorisque lætus intersit sacris.

IN SEQUENTI ORGANO

Primus versus est 25. literarum; inde singuli per ordinem incrementis singularum literarum, ad 50. usque perveniunt. Ultimus autem versus duplicat primum versum numero literarum sequens versus.

Augusto victore juvat rata reddere vota.

Quasi Regula Organi designat.

ORGANUM.

AUGUSTO VICTORE JUVAT RATA REDDERE VOTA.

O si diviso metiri limite Clio
Unâ lege suis uno manantia fonte
Aonio versus Heroö jure manente
Ausuro donet metri felicia textæ
Augeri longo patiens exordia fine
Exiguo cursu, parvo crescentia motu
Ultima postremo donec fastigia tota
Ascensu jugi cumulato limite claudat
Uno bis spatio versus elementa prioris
Dinumerans cogens æquari lege retentæ
Parva nimis longis, & visu dissona multum
Tempore sub parili metri rationibus isdem
Dimidium numero musis tamen æquiparantem
Hæc erit in varios species aptissima cantus
Perque modos gradibus surget fœcunda canoris
Ære cavo & tereti calamis crescentibus aucta
Quis bene suppositis quadratis ordine plectris
Artificis manus in numeros, clauditque aperitque
Spiramenta probans placidis bene consona rithmis
Sub quibus unda latens properantibus incita ventis
Quos vicibus crebris juvenis labor haud sibi discors
Hinc atque hinc animat'que agitans, augetque reluctans
Compositum ad numeros propriumque ad carmina præstat
Quod quæque ad minimū admotum intremefacta frequentat
Plectra ad aperta sequi, aut placidos bene claudere cantus
Jamque metro & rithmis perstringere quicquid ubique est.

Idem Optatianus miscuit alicubi varia carminum genera, hoc modo.

Alme decus mundi summum, rector pius orbis
Auguste, invictâ populos virtute gubernans.
*Justitia, imperium * nationum Constantine.*
Effrænarum moderamine pacificator.

* na est longum & hic facit breve.

Isti

Isti quatuor versus habent ut satis patet multam barbariem, sed hoc interim artificium ut primus versus constet vocabulis dissyllabis, alter trissyllabis, tertius tetrasyllabis, quartus pentesyllabis.

Sequitur iste quem Torpalium, sive symphalium vocat.

Quem divus genuit constantius induperator.

Hic unus habet quod illi quatuor, & ultra, constat enim ex vocabulo Monosyllabo, dissyllabo, trissillabo, tetrasyllabo, & pentesyllabo.

Deinde.

Heu nimis ad cœlum properans, ni liquerit ille.

Hîc sunt octo orationis partes Nomen, pronomen, verbum, participium, adverbium, præpositio, conjunctio, interjectio; adeo ut nec ulla desit nec ulla bis repetatur.

Pergit.

RETROGRADI VERSUS.

Alme pater patriæ nobis te maxime Cæsar
Ausoniæ decus, ô lux pia Romulidum.

Uterque retrogradus est, adeo ut prior si incipias à fine, fit haxameter ut ante, posterior sit pentameter, hoc modo,

Cæsar maxime te nobis patriæ pater alme
Romulidum pia lux ô decus Ausoniæ.

Postea,

Est placitum superis tunc, hæc in gaudia mundi.

Retro fit pentameter, sic,

Mundi gaudia in hæc tum superis placitum est.

Addit,

Perpetuis bene sic partiri munera seclis.
Sydera patri dant, & patris imperium.

Incipe à fine Pentametri, & retrocede invenies.

Imperium Patris & dant patri sydera seclis
Munera partiri sic bene perpetuis.

Sed quia versus isti sunt ejusmodi, ut vix quisquam sensum eliceat, ut patet ex isto disticho,

Signa, te signa, temerè me tangis & angis,
ROMA tibi subitò motibus ibit amor.

Quod si ab ultimâ literâ incipias primi versûs, sic habebit ut ante,

Signa, te signa, temerè me tangis et angis,
ROMA tibi subitò motibus ibit amor.

Quia inquam ista carminum ratio multum laboris & operæ postulat, afferam formam retrogradorum non minus ingeniosam quàm facilem ex recentioribus. Antisticha vocamus alio nomine. Hic retrogrediendo sensus est contrarius.

AD JOVEM.

Marmoreum tibi stet templum semper, nec Haruga,
Mactetur quondam quæ tibi displiceat.
Retrogredere, & contrarium leges.
Displiceat tibi quæ quondam mactetur haruga
Nec semper templum stet tibi marmoreum.

AD APOLLINEM.

Virgineus duce te cœtus florescat Apollo
Semper, nec citharam laus tua deficiat.
Sic verte,
Deficiat tua laus citharam, nec semper Apollo,
Florescat cætus te duce virgineus.

Ad HENRICUM Secundum Regem Christianissimum.

Bellipotens tibi det virtutem, Cynthia cursum
Lumine fœlici det tibi perpetuum.

Cæsaris Augusti extat hoc Epitaphium Hieronymo Suritæ Historiæ Aragonicas scriptori, positum à Jacobo Falcone, cujus retrogradi sunt, manente eodem sensu.

Ingenium & candor furitæ, vivet, opinor
Vivet dum mundo carmen & historia.

AD FUREM.

Sint tibi perpetuæ, fur furacissime, noctes,
Ardua crux lucem ni tibi restituat.

Ad BACCHUM.

Tyrsigero mera sint setini pocula Baccho
Nec Nerei fluctus os lavet æquorei.

Conjugium tibi dent fœcundum Numina longo
Semine, nec sterilis sit tibi progenies.

COR-

CORRELATIVI.

Habent & suam gratiam correlativi, in quibus ad verb singula casus singuli referantur. Sequentes affert Georgiu Fabricius in libro de re poëticâ, in quibus Cicero introduci tur loquens,

Defendi, tenui, vetui, face, cæde, cruore,
Civis, Dux, Consul, tecta, patres, latium.

Ita quoque fecit loquentem Virgilium Pentadius, seu quis alius,

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Matthæus Toscanus istos in laudem Bembi scripsit,

Historicus, vates, Rhetor, celebrat, canit, implet,
Gesta, ignes, aures, ore, lyrâ, eloquio.

DE HECATE.

Luna, Diana, Hecate, Cœlo, sylvis, Ereboque,
Astra, Canes, Animas, ducit, agit, cruciat.

Alii Matthæi Vindocinensis.

Odit, amat, reprobat, probat, execratur, adorat,
Crimina, jura, nefas, fas, simulachra, Deum.

Ex Epitaphiis diversorum
In Petri Bembi mortem.

Adria, Castalides, Ænotria, Tuscia, Bembus,
Nobilis, unanimes, florida, culta, probus,
Undique, conjunctim, subito, velociter, eheu,
Ablue, complete, prome, profunde, obiit,
Littora, Parnassum, lamenta, fluenta, senectam,
Humida, laurigerum, grandia, larga, gravem,
Fluctibus, elogio, singultu, lumine, letho,
Luctisonis, mœsto, triste, gemente, hilari.

Ex eodem loco.

Ardalides, vates, Hetruria, Græcia, Roma,
Findite, complete, sparge, profunde, seca,
Aëra, permessum, lacrymas, suspiria, crines,
Singultu, questu, lumine, corde, manu.

DE BELLO.

Impius, insanus, ferus, implet, dirimit, urit,
Templa, domos, patriam, milite, marte, rogo.

EX SIMONE VALLAMBERTO
In Statuam Regis.

Res, vates, Lyricen, Mavortis, Apollinis, Orphei,
Gesto, cano, tango, sceptra, poëma, lyram.

MORS TRIUM.

Sus, juvenis, serpens, casum venêre sub unum
Sus jacet ex ictu, pede serpens, ille veneno.

ITEM.

Anguis, aper, juvenis pereunt, vi, vulnere, morsu,
Hic premit, ille gemit, sibilat hic moriens.

ITEM.

Sus, serpens, juvenis pariter periêre vicissim;
Dente perit juvenis, pede serpens, porcus ab ictu.

Nescio cui attributum.

Cum mea me genitrix gravidâ gestaret in alvo,
Quid pareret fertur consuluisse Deos:
Mas est (Phœbus ait:) Mars, fœmina: Junoque neutrum:
Cumque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum, Dea sic ait, occidet armis:
Mars, cruce; Phœbus, aquis: sors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas: ascendo, decidit ensis
Quem tuleram, casu labor & ipse super.
Pes hæsit ramis, caput incidit amne; tulitque
Fæmina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

CYTHERII SIDONII ORATORIS
De Pastoribus tribus.

Extant apud Ausonium.

Almo, Theon, Thyrsis, orti sub monte pelcro
Semine disparili, laurente, lacone, Sabinâ,
Vile sabina, lacon sulco, sue cognite laurens
Thyrsis oves, vitulos Theon egerat Almo capellas:
Almo puer, pubesque Theon, & Thyrsis Ephœbus,
Cannâ Almo, Thyrsis stipulâ, Theon ore melodus.
Nais amat Thyrsim, Glauce Almo, Nisa Theonem,
Nisa rosas, Glauce violas, dat lilia Naïs.

ADRIANI *ut volunt* IMPERATORIS.

Trium Amazonum Pugna.

Ut belli sonuere tubæ, violenta peremit
Hypolete Teuthranta, Lyce Clonon, Cebalon Alce:
Oebalon ense, Clonon jaculo Teuthranta sagittâ.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Teuthras.
Plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros:
Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras.
Epidi Teuthras, Deracli Clonus, Oebalus Idæ.
Argolicus Teuthras, Moesus Clonus, Oebalus Arcas.

CORRELATIVORUM AGMEN *Claudent isti non minus pii quàm elegantes Thomæ Dorcatii Itali.*

In Crucifixum.

Pro servis Dominus moritur, pro sontibus insons,
Pro ægroto medicus, pro grege pastor obit.
Pro populo Rex mactatur; pro milite ductor.
Proque opere ipse opifex, proque homine ipse Deus.
Quid servus, sons, ægrotus? quid grex, populusque?
Quid miles, quid opus, quidve homo solvet? amet?

VERSUS CÆSI.

Similitudinem etiam habent versus cæsi cum correlativis. Sunt autem hujusmodi.

dis satis nes
Si Christum cis est si cætera cis
nes nihil dis

Hoc est,
Si Christum discis satis est, si cætera nescis,
Si Christum nescis nihil est, si cætera discis.

Mu do dente fodunt
In domibus res avi omnia
Fu dâ dextrâ raptant.

Canis vena vastat
Et in sylvis tur & omnia
Lupus stabuli vastat.

VERSUS RHOPALICI *Sive Euripalici.*

Rhopalicus seu Euripalicus versus est: cum verba prout prosequuntur syllabis crescunt, ut hic versus.

Rem tibi confessi doctissime dulcisonarum.

Sequentes leguntur apud Ausonium, sed indigni plane qui tanto viro adjudicentur, adeo barbari sunt; ut tamen artificium addiscas proponam tibi.

Spes Deus æternæ Nationis Conciliator
Si castis precibus veniales invigilamus:
His pater orator placabilis astipulare
*Da Christe specimen cognoscere * irreprehensum*
Rex bone, cultorum famulantem vivificator
*Cum patre majestas altissima * ingenerato*
Da trinum columen paracleto consociante
Ut longum celebris devotio continuetur
Ad temet properant vigilatu convenientes.

* e non eliditur.
* a non eliditur.

Pudet me plures afferre; possunt tamen eodem artificio fieri longè meliores.

ETEO-

ETEOSTICHA.

Eteosticha, seu numeralia carmina sunt ea in quibus lit- ræ quæ numerum significant apud Latinos annum sive mund sive à Christo nato quemcunque volueris exprimunt, adeo nec majorem, nec minorem numerum efficiant.

Illæ autem literæ sunt M. quæ mille ; D. quæ quingenta C. quæ centum ; L. quæ quinquaginta ; X. quæ decem ; V quæ quinque ; I. quæ unum designat. In versu vero quæcun que literæ ejusmodi occurrunt grandiori charactere effor mantur. Exemplo rem clariùs intelliges.

LVDOVICO 13. FELICIS MEMORIÆ GALLIARUM nuper Regi Christianissimo.

ETEOSTICHON.

NobILIor LVDoVICe tVi pars LVCet in astrIs
GaLLIæ eRIt CorpVS seD LaVs toto orbe VagatVr.

Jam literas illas grandiores dispone inter se, ita tamen u eæ quæ majorem & ampliorem vim habent cæteras præce dant hoc modo.

DD CCC LLLLLL VVVVVVV IIIIIII.

Invenies mille sexcentos quadraginta tres annos ; obii autem Rex, verè justus, anno à partu Virginis 1643.

Ex Epitaphio Episcopi Tornacensis desumpti.

CortaCI fatVM TernaCI IVra seqVLChrI
ConseqVor, & bona spes ossa sopore tenet.

Mille quingenti septuaginta quatuor anni.

EX EPITAPHIO JOANNIS Hauchini Archiepiscopi Mechliniensis.

PræsVL Ioannes jaCet haC HaVChInVs In Vrnâ
Cæteras IreqVeVnt IpsI etiam AntIpoDes

Vitanda erat litera D.

Quo modo enim possunt esse bis mille anni.

E X

EX EPITAPHIO GVLIELMI DVCIS
Juliæ, Cliviæ, montium, &c.

QVInta renasCentIs CVM LVX affVLserat annI 1591.
CLIVens Is prInCeps regna beata petit.

EX EPITAPHIO.

HERMANNI FABRICII,
PRESBITERI COLONIÆ.

Vt TItana rVbrI pars altera CanCrI
HerMannVs ChrIstI præco VoCantis obIt.

ECHO.

Echo est genus carminis in quo verba quæ quamlibet sententiam finiunt sunt ejus modi ut eorum pars ultima significet aliquid per se separata, quæ pars ultima fingitur ab Echo repeti, aut etiam aliquando totum vocabulum, si breve sit. Habes apud Andream Frusium è Soc. IESU. longissimum & operosissimum poëma in hoc genere, atque item in fine Parnassi Nicolai Nomesici. Unum istud exemplum mihi instar omnium erit.

FRANCISCI PANIGAROLÆ

ECHO.

In Christi Natalem.

Hoc Bethlemitæ pastoris verba referre
Audita est Echo, quam juga montis habet.
Quis natus? dixit, NATUS. Patrisne Judæi?
Illa DEI. Verusne est homo? dixit HOMO.
Atq; hic idem nonne Deus remanet? MANET. Est ne
Ut pater omnipotens? retulit ille, POTENS.
Nunc quid de cœlis duxit? LIS DUXIT. At istam
Dic utrum vincet? VINCET, & ipsa refert.
Litis erat radix longæva? EVA. An mala? MALA.
Num gula sic potuit? illa refert, POTUIT.

An puer hic fiet magnus ? quæ reddidit AGNVS.
Ipse ait hoc ? AIT HCC. Cur ita clamat ? AMAT.
Is majus nostro nunquid dare possit amori ?
Reddit illa nihil quam gemebunda MORI.
Hoc faciet ? FACIET. Moriens ? ORIENS. Deus ille ?
HEV ILLE. Est forsan causa tua ? AUSA TUA.
Diligero huc ergo par est super omnia Christum.
ISTUM. *Nonne Deum ? dixit* EUM, *&* *tacuit.*



PROTEI.


DEO OPTIMO MAXIMO Æterni Dei Filio Christo Jesu Mundi Servatori.

PROTEVS,

E variis sacrarum literarum locis depromptus ; In hoc, sensu salvo, & heroici carminis lege, verti potest multifariè.

REX, a. *DVX*,b. *SOL*, c. *LEX*,d. *LVX*,e. *FONS*,f. *SPES*, g. *PAX*,h. *MONS*, i. *PETRA*, k. *CHRISTVS.*

a. *Apocalips.* 19. b. Matt. 2. c. *Malech.* 4. d. *Michæ.* 4. e. *Joan.* i. *&* 8. f. *Zachar.* 13. g. 1. *ad Timoth.* 1. h. *ad* Ephes. 2. i. *Psalm.* 67. *Daniel.* 2. k *ad Corinthos.* 10.



Ad cujus imitationem factus est iste in honorem B. Virginis.

VRBS, *a.* *FONS*, *b.* *LVX* *c.* *VAS*, *d.* *FLOS*, *e.* *SPES*, *f* *THVS*, *g.* *SOL*, *h.* *MONS*, *i.* *ROSA*, k. *VIRGO.*

a. *Thren.* 2. b. *Cant.* 4. *&* 12. c. *Esther* 8. d. *Ecclesiastic* 43. *&* *Exod.* 16. e. *Cantic.* 2. *&* 1. f. *Eccles.* 4. *&* 3. g. *Cant* 3. *&* 6. h. *Psal.* 26 *&* 28. i. *Daniel.* 2. 34. *&* 17 *Psalm.* 67. 16. k. *Eccles.* 70. Bernardo Bauhusio.



TOT TIBI SVNT DOTES VIRGO, QVOT SYDERA COELO.


In eodem hoc proteo retrogrados versus pene centum e invenire.

Hoc ut facilius intelligas vocabulum unum solummod mutandum est in versu quolibet, hoc modo.

Sunt tibi tot dotes virgo quot sydera cælo.
Tot dotes tibi sunt virgo quot sydera cælo.
Dotes tot tibi sunt virgo quot sydera cælo.
Sunt dotes tibi tot virgo quot sydera cælo.

Et sic de cæteris,


DEC



DECII MAGNI AUSONII GALLI.


Versus monosyllabis cœpti, & finiti, ita ut à fine versus ad principium sequentes recurrant.

Res hominum fragiles agit, & regit, & perimit | *fors*
Fors dubia æternumque labans: quam blanda fovet | *spes*
Spes nullo finita ævo: cui terminus est | *mors*
Mors avida, infernâ mergit caligine quam | *nox*
Nox obitura vicem remeaverit aurea cum | *lux*
Lux dona concessa Deûm: cui prævius est | *Sol,*
Sol, cui nec furto veneris latet armipotens | *Mars,*
Mars nullo de patre satus, quem Thressa colit | *gens*
Gens infræna virum quibus in cœlum omne ruit | *fas,*
Fas hominum mactare sacris, ferus iste loci | *mos*
Mos ferus audaces populi: quem nulla tenet | *lex,*
Lex naturali quam condidit imperio | *jus,*
Jus genitum pietate hominum, jus certa Dei | *mens*
Mens quæ cœlesti sensu rigat emeritum, | *cor*
Cor vegetum mundi instar habens animæ vigor ac | *vis*
Vis tamen hic nulla est: tantum est jocus & nihili | *Res.*



EJUSDEM AUSONII VERSUS
Monosyllabis finiti.
DE VERE PRIMO.

Annus ab exortu cum floriparum reserat | *ver*
Cuncta vigent: nemus omne viret, nitet auricomum | *rus*
Et futura umbras radicitus exigitur | *stirps*
Non denso ad terram lapsu glomerata fluit | *nix*
Florum spirat odor libani ceu montis honor | *thus*
Jam pelago volitat mercator vestifluus | *spes*



CENTONES.

Cento, Carminis genus est ita dictum per metaphoram, à centone, hoc est, pannosâ veste, quæ centum aut innumeris consuta est panniculis. Habet enim hoc simile carmen istud cum veste ejusmodi, quod quemadmodum innumeri illi panniculi inter se filo conjuncti vestem efficiunt, ita innumeræ quoque versuum poëtæ alicujus particulæ connexæ simul in unum poëma coalescant. Has autem leges affert Ausonius in eâ epistolâ ad Paulinum, quam ad Centonem nuptialem adscripsit. Ejus verba non afferam, quia obscuriora, sed ex ejus verbis eliciam.




PRIMO, ex uno eodemque loco poëtæ illius ex cujus versibus consuete volueris tuum centonem, potes accipere quantum lubitum tibi fuerit, modò ne plus quam unum versum & dimidiam partem alterius continenter assumas. *VARIIS DE LOCIS* (sunt verba Ausonii) *SENSIBUSQUE DIVERSIS QUÆDAM CARMINIS STRUCTURA SOLIDATUR IN UNUM VERSUM, UT COEANT AUT CÆSI DUO* (id est duæ dimidiæ partes diversorum versuum) *AUT UNUS ET SEQUENS CUM MEDIO*; quod ita intelligendum, ut unus totus accipi possit, vel unus cum dimidiâ parte sequentis; alioquin sibi ipse repugnaret, si intelligeret posse sumi duos versus cum parte sequentis, cum statim subjiciat, *NAM DUOS JUNCTIM LOCARE INEPTUM EST, ET TRES UNA SERIE, MERÆ NUGÆ*; quamquam ipse contra leges suas facit in centone suo hunc in modum :

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchrâ faciat te prole parentem.

Qui duo versus unâ serie leguntur 1. Æ.

SECUNDO, non curandus sensus auctoris, modò illam partem quam accipimus possit torqueri ad rem nostram, satis est.



Alias leges Julius Roscius Hortinus affert epistolâ quâdam ad Camillum, ac prosperum Capilupos, cujus verba non pigebit hic adscribere.



I. In primis, sciendum est mutari posse numeros, & personas, in singulis temporibus, quin & ipsa tempora, sic Probæ Falconia Hortina in eo versu,

Muneribus cumulant & sanctum sidus adorant.

De Magis loquens qui ex remotissimis regionibus profecti ad Christi pedes procubuerant. Eorum loco Virgilius dixerat, *Cumulat.* *Adorat.*

Eadem ita scribit,


Omnipotens, magnisque agitat sub legibus ævum.

At Virgilius,

Agitant.

Quibus locis vides utrumque numerum fuisse conversum.

II. Com




II. Commutari possunt invicem tempora. Eadem eruditissima mulier,

Mereor ne deprecor inquit.
Ille dixerat, *Inquam.*

F A L C O N I A.
Admonet immiscens.

Cum Latinus Homerus decantâsset.
Admonet immiscetque preces.

Eadem mutatio admittitur in personis ac numeris, ut in exemplis allatis est demonstratum.



III. Nomina ipsa ac pronomina ultro citroque converti possunt.

Quod pertinet ad genus, illud exemplo patebit. *Da dextram miseræ,*
Scripsit Lælius Capilupus in Centone tertio.
Dixit Virgilius, *Misero.*

Quoad casum extat alterum,
Religione patrum truncis, & robore natus,
Ait Hortina, Virgilius verò, *Nata.*

Quoad numerum vide ut civis mea (Falconia) loquatur,
Nomen erat virtutis, & ipsi agnoscere vultus,
Virgilius habet, *Vultum.*

Generis ejusdem plurima sunt in pronomine; Proba mea,
Continuo vates; namq; hic certissimus auctor,
Apud Virgilium, & alibi legimus, *is.*
Ardua tecta petens ausus te credere cœlo.
Cujus loco *se* usus fuerat Virgilius.

IV. Poëta necessitate adductus artis, quæ in nexu difficillima est, potest addere conjunctionem aliquam, vel præpositionem; cujusmodi sunt *ad, in, ve, vel, tum,* & alias similes. Sic Lælius Capilupus Centone, 13.

Stant sale Tyrrheno classes ad tybridis undam.

(Iste versus desumptus est partim ex 6. partim ex 7. Æneidos, addidit autem Capilupus *ad*) Imo verò & *que* conjunctio in pronomen commutari potest, ut fecisse legimus Lælium Capilupum Centone, 6.

Pascere equos meritæ quæ expectent præmia palmæ.

Virgilius dixerat,

Meritæque.



V. Mutatio esse potest in dictione. Cujus rei nobis exemplum dedit Lælius, Centone, 10.

Fonte sonans, Cælove quibus te laudibus æquem?

Quo loco verba transfert, & addit *Ve*. Sic enim cecinit Virgilius xi. Æneidos.

Vir Trojane, quibus cælo te laudibus æquem.



VI. Datur ea facultas, ut prætermitti possunt in aliquo versu unum, aut duo verba ad summum. Sic Proba nostra,

Religione patrum truncis & robore natas.

At Latini carminis nobilis magister.

——*Truncis, & duro robore natas.*

Lælius Cento, 10.

Augustus Cæsar rerum pulcherrima Romæ.

Pro quo Virgilius.

——*Scilicet & rerum facta est pulcherrima Romæ.*



VII. Mutatio fieri potest in particula unius atque ejusdem verbi, quæ nonnullis minus probatur eam tamem admisisse. Probatur certo scimus.

Hic tibi semper erunt, tuque O sævissima conjux.

Id semel concedi potuit magistræ: in quâ corrigenda nonnulla ad meliorem sensum traducere & aliunde permutare coactus sum. Virgilius verò, à quo illa decerpserat habet,

——*Sanctissima conjux.*

Præterea licet mutare particulam: *Et*, *in*, *tu*; unde illud Lælii Centone, 6.

Tu decus omne tuis tu servantissimus æqui.

Imò verò quæcunque litera, si ex verbis aut nominibus quibuscunque congruè dematur, nullum scelus est; præsertim ut in sententiam nostram auctorem aliquem traducamus. Sic Lælius,

Tu ne tot incassum fusos patiere labores.

Vir-

Virgilius vero,

Turne tot incassum, &c.



VIII. Dictionum conversione uti possumus, in formandis nominibus propriis & cognominibus, ordinibus, familiis insignibus, ac solo patrio. Sunt hujus generis exempla varia apud Lælium, ille Centone 7.

——————*Multa manu medica*

Clarissimam medicam familiam: & alibi.

——————*Populeas inter frondes*


Portam (urbis Romæ) flaminiam quam vulgus de populo nuncupat significabat. Et Centone 12.

——————*Magna tellus percussa tridenti.*

Tridentinam civitatem, &c.


——————*Lunatis agmina peltis:*

Insignia Orientis Tyranni indicabat.




JULIUS ROSCIUS HORTINUS qui paulò pòst hæc addit.

ILLUD verò vitii est in hoc scribendi genere, quod non secùs ac nautæ scopulum vitare debemus: cum unum atque idem carmen ex triplici regione conflamus: hactenus ille. SUPEREST ut Centones aliquot hic adjiciam Græcos Eudoxiæ, unâ cum latinis Probæ Falconiæ, cujus jam sæpe mentio incidit. Ausonius centonem nuptialem scripsit. Sed excelluêre hoc in genere Lælius & Julius Capilupi Itali. Præeat tamen Proba, quia antiquior.




DE INCARNATIONE JESU CHRISTI.

Nunc ad te, & tua, magne pater, consulta revertor
Majus opus moveo: vatum prædicta priorum
Aggredior: quamvis angusti terminus ævi
Accipiat; tentanda via est qua me quoque possim
Tollere humo, & nomen famâ tot ferre per annos,
Quod tua progenies cœlo descendit ab alto.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, adventumque Dei: cum fœmina primum
Virginis os habitumque gerens (mirabile dictu)
Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edit:
Seraque terrifici cecinerunt omnia vates
Adventare virum populis terrisque superbum
Semine ab æthereo, qui viribus occupet orbem,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris.



DE NATIVITATE JESU CHRISTI.

Jamque aderat promissa dies quo tempore primum
Extulit os sacrum divinæ stirpis imago
Messa sui imperio: venitque in corpore virtus
Mista Deo: subiit cari genitoris imago.




DE MAGIS offerentibus munera, & stellâ eorum duce.

Haud mora, continuò cœli in regione serenâ,
Stella facem ducens, magnâ cum luce refulsit.
Agnovêre Deum proceres: cunctique repentè
Muneribus cumulant, & sanctum sydus adorant.
Tunc verò manifesta fides, clarumque paternæ
Nomen erat virtutis & ipsi agnoscere vultus
Flagrant, & quæ dent divini signa decoris.



HERODES REX turbatur auditâ Nativitate Jesu Christi.

Protinus ad regem magno clamore ferentem
Fama volat, magnasque acuit rumoribus iras:
Incenditque animum, matrisque allabitur aures.
Illa dolos, dirumque nefas haud nescia rerum
Præsentat, motusque excepit prima futuros.
Præscia venturi, furtim mandavit alendum
Dum curæ ambiguæ, dum mens exæstuat irâ.



HERODES REX Jubet occidi Pueros.

At Rex sollicitus, stirpem & genus omne futurum
Præcipitare jubet, subjectisque urere flammis,
Multa movens: mittitque viros qui certa reportent.
Haud secus ac jussi faciunt; rapidisque feruntur
Passibus, & magnis urbem terroribus implent.
Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumque animæ flentes: ante ora parentum
Corpora natorum sternuntur limine primo.

Cæteros Centones Probæ omitto quos potes consulere.
Transeo ad Centones Capiluporum qui magis arrident, tum quod concinniores, elegantioresque sint, majusque in iis acumen

acumen ingenii eluceat, tum quod loci etiam ex quibus sumuntur versus singuli in principio & fine notentur. Sed primum velim occupet locum ut par est Julii Capilupi.



ORATIO AD DEUM.

Cento I.

æ. 5.	*SALVE, sancte Parens, summi Regnator Olympi,*	æ. 2.
æ. 2.	*Quem primi colimus, Cœlo Ereboque potentem ;*	æ. 6.
æ. 1.	*Semper honos, nomenque tuum, tua magna voluntas.*	æ. 12.
æ. 1.	*Imperium sine fine tuum, laudesque manebunt :*	æ. 1.
æ. 8.	*Dona laboratæ Cereris noctesque diesque*	æ. 6.
æ. 2.	*Da deinde, auxilioque leves quæcunque labori*	æ. 1.
æ. 2.	*Debita erant nostro, jam fas est parcere gentis*	æ. 6.
æ. 1.	*Nos tua progenies, atque hæc exempla secutus*	G. 4.
æ. 3.	*Atque idem casus, miseris succurrere disco :*	æ. 1.
æ. 1.	*Nec segnem patiere animum tentare precando ;*	æ. 4.
æ. 6.	*Eripe me his invicta malis : hæc omnia firma.*	æ. 2.



In die Festo Sancti Michaëlis Archangeli Christi ad Patrem Orantis consolatoris.

Cento II.

æ. 6.	*MONTE sub aërio, qui tot labentibus annis,*	æ. 2. Monte oliveto.
	Palladia gaudens sylva vivacis OLIVA	
æ. 12.	*Arboris ex ipsa deducit origine nomen,*	G. 3.
Ec. 4.	*Ipse ad conspectum cari Genitoris & ora,*	æ. 6.
æ. 5.	*Quem genuit cœlum & terras qui numine torquet*	æ. 4.
	Ad cœlum tendens ardentia lumina supplex	G. 4.
æ. 3.	*Talia fundebat : si quis modus eripe morti*	æ. 12.
æ. 2.	*Care Pater : miserere animi non digna ferentis ;*	æ. 11.
æ. 2.	*Vadimus haud dubiam in mortem, scio acerba meorum*	æ. 10.
	Circumflare odia, aut odium crudele tyranni.	æ. 6.
æ. 11.	*Quod si nulla movet tantæ pietatis imago*	æ. 6.
æ. 2.	*Et sedet hoc animo, patet isti janua letho,*	æ. 2.
æ. 9.	*Quando aliter nequeo gentem effugisse nefandam*	æ. 3.
æ. 9.	*Te precor hanc animam serves, stet quicquid acerbi est*	æ. 12
	Morte pati ; quia nota mihi tua magna voluntas	æ. 12.
æ. 5.	*Nunc quoque mens eadem perstat, mihi pelle timorem,*	
æ. 2.	*Venit summa dies & vis inimica propinquat.*	
æ. 4.	*Talibus orabat dictis certissima proles*	æ. 6.
æ. 3.	*Cælicolum Regi, premit altum corde dolorem,*	æ. 1.

Ec. 10. *Tristis ubique pavor, & plurima mortis imago* æ. 2.
æ. 4. *Terrificant animos, sævi monumenta doloris* æ. 12.
æ. 12. *Sanguineus toto manabat corpore sudor,* æ. 3.
æ. 7. *Sanguine terra madet, cœlo miseratus ab alto est* æ. 5.
æ. 3. *Tum genitor (neque enim patrius consistere mentem,* æ. 1.
Passus amor) magno persensit pectore curas, æ. 4.
æ. 4. *Ergo his Aligerum dictis affatur Olympi,* æ. 7.
æ. 3. *Unde ait, O felix* Nati *succurre labori,* æ. 6.
G. 1. *Ecce inimicus atrox mens effera, ne quid inausum* æ. 8.
Aut intentatum scelerisne, dolive fuisset
æ. 4. *Atque animum nunc huc celerem nunc dividit illuc,*
In partesque rapit varias, nova pectore versat æ. 1.
Consilia, & variis assultibus irritus urget, æ. 5.
æ. 7. *Mille nocendi artes tristi cum corde volutat:* æ. 6.
G. 3. *Invidia infelix, regnandi dira cupido* G. 1.
G. 4. *Hæc omnis morbi causa, hinc exercuit iras* G. 3.
æ. 1. *Gens inimica mihi, cœlumque exterrita fugit:* G. 3.
æ. 6. *Ausi omnes immane nefas: detrudere regnis* æ. 6.
G. 1. *Auctorum frugum tempestatumque potentem.*
æ. 2. *Numina magna Dei:*
æ. 1. *Heu stirpem invisam, nostras evadere demens* æ. 9.
Sperasti te posse manus? dominumque potentem? æ. 6.
æ. 12. *Immortalis ego, rerum cui summa potestas* æ. 10.
æ. 6. *Fulmine dejecti cœli de parte serenâ* æ. 9.
æ. 6. *Lethæum ad fluvium fundo volvuntur in imo,*
æ. 1. *Quos rapidus flammis ambit torrentibus amnis?* æ. 6.
æ. 6. *Ergo exercentur pœnis, æternaque ferri* æ. 7.
æ. 6. *Supplicia expendant tenebris, & carcere cæco:* æ. 9.
æ. 6. *Horrendum stridens flammis, pro talibus ausis,* æ. 2.
æ. 6. *Hortator scelerum sedet, æternumque sedebit,* æ. 6.
æ. 9. *Nec mea jam mutata loco sententia cedit.*
æ. 4. *Eja age, rumpe moras, miseram solabere mortem,* æ. 10.
Ec. 1. *Namque doli circum hæc demum frangentur inanes;* G. 2.
Mens immota manet, manet altâ mente repostum æ. 1.
æ. 4. *Judicium; meritæque expectant præmia palmæ;* æ. 5.
æ. 5. *Unum pro multis dabitur caput*
æ. 9. *Rumpe moras omnes, nec plura effatus: At ille* æ. 8.
æ. 4. *Hos medium dictis raptim secat æthera pennis,* G. 1.
æ. 10. *Exuperatque moras, cœlo descendit ab alto,* æ. 8.
æ. 1. *Et jam jussa facit, mœrentia pectora mulcet.* æ. 1.
æ. 4. *O Pater, O hominum summi regnator Olympi,* æ. 7.
æ. 10. *Dilecti nati funus crudele videbis?* æ. 11.
æ. 12. *Altè sublatum tolli miserabile corpus* æ. 11.
æ. 11. *Vulneribus pulsum adspicies? quis talia fando* æ. 2.
Temperat à lacrymis: indignâ morte peremptum æ. 5.
æ. 2. *Natum ante ora Patris. Patres qui morte redemit* æ. 6.
æ. 1. *Et genus humanum, laniatum corpore toto,* æ. 6.
æ. 6. *Ora manusque ambas, populataque tempora cernam* æ. 9.
æ. 3. *Sacrati capitis? trajectaque pectora ferro?* æ. 10.
æ. 3. *Consertum tegmen spinas stat vertice* CHRISTI æ. 6.
æ. 7. Id

æ. 7. *Id verò horrendum visu, latus haurit apertum.* æ. 10.
æ. 12. *Lancea purpureum quondam color ora relinquit,* æ. 11.
æ. 11. *Labitur exanguis letho ; pulchrosque per artus* æ. 9.
It cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit.
æ. 3. *Haud impune quidem, moriens animam abstulit hosti.* æ. 9.
æ. 6. *Heu pietas! heu prisca fides! sacroque cruore.* æ. 5.
æ. 11. *Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & ora,* G. 3.
æ. 2. *Hei mihi! qualis erat, quantum mutatus ab illo?*
æ. 6. *Quis tam crudeles optavit sumere pœnas?*
G. 1. *Terra tremit, fugêre feræ, & mortalia corda*
Per gentes humiles stravit pauca, inde repentè æ. 8.
æ. 11. *Conditur in tenebras altum caligine cœlum.*
Ec. 1. *Nam fratris radiis obnoxia surgere Luna* G. 1.
æ. 5. *Visa dehinc cœlo, defunctaque corpora vita* æ. 6.
æ. 11. *Multa virum infernis ad lumina surgere vitæ,* æ. 8.
æ. 6. *Illustres animæ atque imis exire sepulchris* Ec. 8.
æ. 10. *O dolor atque decus magnum rediture Parenti:*
æ. 6. *Heu pietas! tales voluisti expendere pœnas* æ. 10.
G. 4. *Nequaquam ob meritum pœnas ; injuria nostri* æ. 3.
æ. 6. *Causa mali tanti ; supplex tua numina posco,* æ. 1.
æ. 4. *Extremam hanc ore veniam, miserere dolentem ;* æ. 4.
æ. 10. *Idem ego, Nate, tuum maculavi crimine nomen,*
æ. 6. *Funeris heu tibi clausa fui, qui sanguine nobis* æ. 1.
æ. 1. *Tempore jam ex illo cœlum sperare jubebat ;* G. 4.
æ. 1. *Nos tua progenies ; & si pietate meremur* æ. 2.
Adspice nos, nostro doluisti sæpe dolore. æ. 1.
æ. 1. *Hic pietatis honos, sic nos in sceptra reponis.*
æ. 9. *At te oro, cui tanta Deo permissa potestas* æ. 9.
æ. 10. *Hunc duræ mortis casum lenire dolentem* æ. 4.
Solando, & tristes animo depellere curas, G. 4.
æ. 4. *Huc geminas nunc flecte acies* SACER ALES *ab alto,* æ. 1.
Ec. 1. *Huc ades, & votis jam nunc assuesce vocari* G. 1.
æ. 7. *Tirrhenum ad Tibrim, & frontis vada sacra* G. 3.
LUPORUM:

G. 1. *Annua sacra refer circum* CASTELLA *sub armis,* æ. 5.
æ. 6. *Romanosque tuos, sedes arcemque revise:* æ. 2.
æ. 12. *Ipse inter primos ferrugine clarus &* OSTRO æ. 11.
æ. 10. *Totus collucens variisque* ANTONIUS *armis* æ. 8.
æ. 12. *Defensum dabit, & meritos indicit honores,* æ. 3.
æ. 1. JULIUS *& multis onerabit limina donis,* æ. 10.
G. 3. *Et viridi in campo templum de marmore ponet:* æ. 1.
Hic pietate prior: meruit qui laudè CORONAM, æ. 5.
æ. 5. *Jura dabis, legesque viris, volventibus annis* æ. 1.
æ. 1. *Romulidis Tatioque seni curibusque* SEVERIS. æ. 1.

Fontem Capiluporum intelligit, qui est in campo Martio Castellum S. Angeli, Romæ, juxta Tiberim, sic vocatum ab imagine in ejus summitate posita. Julius Antonius, Nomen Cardinalis. Corona insigne ejusdem Cardinalis. S. Severinæ nuncupati.

AD JULIUM TERTIUM PONT. MAX.

CENTO IX.

ROMÆ PROSOPOPEIA.

æ. 4. *Flaventeis abscissa comas pulcherima Roma* G. 3.
æ. 11. *Cara mihi ante alias.*
æ. 12. *Stabat acerba fremens, Tiberini ad fluminis undam,* æ. 10.
Julius 3. P. M. æ. 4. *Omnia tuta timens.*
æ. 1. *Tristior & lacrymis oculos suffusa niteneis*
æ. 5. *Talia dicta dabat,*
æ. 11. *O decus Italiæ, cui nunc cognomen* IULO. æ. 1.
æ. 7. *Rex genus egregium,*
æ. 1. *Ad te confugio, cœloque ereboque potentem,* æ. 6.
æ. 12. *Suppliciter venerans.*
æ. 6. *Da dextram miseræ, tantis surgentibus undis :* æ. 6.
æ. 1. *Intonuêre poli.*
æ. 1. *Una Eurusque Notusque ruunt, velut agmine facto* æ. 1.
æ. 1. *Incubuêre mari.*
G. 1. *Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris*
G. 2. *Fluctibus & fremitu ;*
Ab Ap. æ. 6. *Romanosque tuos stridens* AQUILONE *procella* æ. 1.
æ. 1. *In vada cæca tulit.*
æ. 1. *Velum adversa ferit Multos servata per annos* æ. 2.
æ. 3. *Saxa per, & scopulos.*
æ. 8. *Religione patrum, tremit ictibus ærea* PUPPIS, æ. 5.
æ. 6. *Fraxineæque trabes :*
Alludit ad naviculam S. Petri. æ. 1. *Præsentemque viris intentant omnia mortem,*
æ. 4. *Eja age, rumpe moras ;*
æ. 9. *Rumpe moras, præsens nostro succurre labori,* æ. 9.
æ. 2. *Rursus in arma feror ;*
æ. 2. *Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno,*
æ. 1. *Littore Trinacrio,*
æ. 12. *Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber,*
Rex Turcarum. G. 1. *Ecce inimicus atrox,*
æ. 8. *Victor ab Auroræ populis, terraque marique* æ. 10.
æ. 10. *Turbidus ingreditur,*
æ. 8. *Arduus arma tenens, pelago decurrit aperto,* æ. 5.
æ. 2. *Littora nota petens :*
æ. 2. *Fit sonitus spumante salo, circumsonat armis* æ. 8.
æ. 3. *Italiam Italiam.*
æ. 4. *Ire iterum in lacrymas, dulcesque relinquere terras.* æ. 4.
æ. 3. *Ecce iterum stimulat.*
æ. 12. *Ense sequens, campis omnis diffugit arator,* æ. 10.

Omnis

Omnis & agricola,
æ. 10. *Spargitur & tellus lachrymis; crudelis ubique* æ. 2.
Luctus ubique pavor;
G. 1. Hinc *movet Euphrates, illinc Germania bellum,*
æ. 1. *Gens inimica mihi,*
G. 3. *Gens effrena virum, tot jam labentibus annis,* æ. 2. Roma direpta à Germanis An. 1527.
æ. 3. *(Eloquar? an sileam?)*
æ. 2. *Corripuêre sacram effigiem, manibusque cruentis.*
æ. 9. *Diripuêre focos.*
æ. 6. *Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti*
æ. 2. *Ædibus in mediis.*
æ. 2. Hinc *mihi prima mali labes, ignara deorum,* æ. 8.
æ. 8. *Vana superstitio;* Hæresis Lutherana.
æ. 8. *Quid memorem infandas cædes? quid monstra ferarum* æ. 6.
æ. 9. *Nota nimis miseris?*
æ. 12. *Sanguine adhuc nostro recalent Tiberina fluenta,*
æ. 12. *Sanguine terra madet.*
æ. 12. Pro Latio *obtestor, pro majestate tuorum*
Ec. 4. *Cara Dei soboles;*
æ. 6. *Eripe me his invicte malis, satis una superque* æ. 2.
Vidimus excidia,
æ. 7. *Cura tibi divum effigies & templa tueri*
æ. 1. *Mœnibus in patriis,*
æ. 7. *Tutari Italiam, detrudere finibus hostem.*
æ. 2. *Palladis auxiliis.*
æ. 3. *Adspice, qui coëant in me excidiumque meorum*
æ. 7. *Indomiti agricolæ;*
æ. 8. Extremique *hominum Morine, Rhenusque bicornis*
æ. 7. *Agmina in arma vocat:*
Ec. 1. *Impius hæc tam culta novalia miles habebit*
Barbarus has segetes!
Ec. 1. *Perduxit miseros en quo discordia cives* Ec. 1.
æ. 9. *Fertilis Ausoniæ?*
æ. 7. *Per medias urbes agitur, populosque Latinos,* Ec. 10.
G. 3. *Pallida Tisiphone.*
æ. 6. Exurgitque *facem attollens, atque intonat ore*
æ. 11. *Seditione potens.*
æ. 9. *At tu, magne Pater, foliis ornatus* OLIVÆ G. 3.
æ. 12. *Utere sorte tuâ.* Oliva & Mons insigne familiæ Julii 3. P.M.
æ. 7. *Arma inter regum coëant in fœdera dextræ* æ. 11.
æ. 7. *Littus ad Ausonium:*
æ. 11. *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes*
æ. 1. *Nos tua progenies;*
G. 4. *Matres atque viri, pueri, innuptæque puellæ.* G. 4.
æ. 7. *Religione sacræ.*
æ. 5. *Attonitis hæsere animis, in te ora Latini* æ. 12.
In te oculos referunt:
æ. 2. *Ergo age, care Pater, propius res adspice nostras,* æ. 1.
æ. 1. *Parce pio generi;*
æ. 6. *Sic fatur lacrymans, & fœmineo ululatu* æ. 4.

Decidit exanimis.
æ. 6. *Ille autem, quæ tanta animis ignavia venit* æ. 11.
æ. 7. *O mea progenies?*
æ. 1. *Parce metu; placidi ſtraverunt æquora venti* æ. 3.
æ. 6. MONTE *ſub aërio;*
æ. 4. *Quin etiam muros optatæ molior urbis* æ. 1.
æ. 1. *Victus amore tui.*
æ. 8. *Neu belli terrere minis, abſiſte moveri* æ. 6.
æ. 1. *Omnia tuta vides*
æ. 11. *Hos inter motus (non hæc ſine numine divûm)* æ. 2.
æ. 6. *Te quoque magna manent,*
æ. 1. *Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum*
æ. 2. *Intemerata* FIDES.
æ. 6. *Læta Deum partu ſuper & Garamantas & Indos* æ. 6.
Profert imperium,
æ. 4. *Ne dubita, medias acies medioſque per ignes* æ. 7.
æ. 10. *Sternere cæde viros.*
æ. 9. *Auxilium ſolitum demittet ab æthere ſummo,* æ. 12.
æ. 10. *Omnipotens Genitor.*

DE BOMBARDA.


CENTO.

JULII CAPILUPI.

æ. 2. *Quo molem hanc muſæ quis nobis extulit artem?* G. 4.
æ. 10. *Unde nova ingreſſus hominum experientia cœpit* æ. 3.
æ. 10. *Sternere cæde viros, & mœnia cingere & urbes,* æ. 2.
æ. 4. *Tantorum impenſis operum: quæ machina belli?* æ. 6.
Ec. 6. *Monſtrum horrendum ingens, flammiſque armata chimæra;* G. 4.
æ. 8. *Triſte malum, quo non aliud velocius ullum* G. 4.
æ. 4. *Tormenti genus & memoranda juventa magiſtri* G. 3.
æ. 1. *Germani, in lucem ſtygiis emiſſa tenebris;* æ. 1.
æ. 5. *Quæ regio in terris quæve hunc tam barbara morem* æ. 11.
G. 4. *Attulit ipſa viris? (id rebus defuit unum)* æ. 1.
æ. 4. *Fervet opus, ſævitque animis ignobile vulgus,* æ. 11.
æ. 12. *Illâ fretus agit florentes ære catervas:* æ. 5.
æ. 5. *In medias acies audet ſe credere pugnæ,* æ. 9.
æ. 10. *Ardet adire virum, & cæco contendere Marte* æ. 2.
G. 3. *Ille quidem, dolus an virtus quis in hoſte requirat* æ. 9.
G. 3. *Quid labor aut bene facta juvant? quid fortibus auſis* æ. 12.
æ. 6. *Profuit in duri certamina Martis euntes* æ. 11.
æ. 4. *Illuſtres animas tentare pericula belli?*
æ. 4. *Illa dolum dirumque nefas, triſtiſque ruinas* æ. 1.
æ. 4. *Ergo ubi concepit furias, mortemque minatur* æ. 11.

æ. 1. *Ex templo, pressa est insignis gloria facti* æ. 12.
æ. 6. *Hujus in adventu; dat fortia corpora letho* æ. 12.
G. 4. *Magnanimum heroum, nullo discrimine cadent* æ. 10.
Suscitat, irarumque omnes effundit habenas:
G. 4. *Hæc omnis morbi causa, hinc exercuit iras,* G. 3.
æ. 10. *Effera vis animi, & scelerata insania belli* æ. 7.
Ec. 5. *Hac petit excidiis urbem miserosque penates* G. 2.
æ. 12. *Sanguineus Mavors, mediisque in millibus ardet:* æ. 1.
æ. 6. *Quis tam crudeles mortalibus esse labores* æ. 10.
æ. 8. *Sustulit? ac tales optavit sumere pœnas?* æ. 6.
. 3. *Tristius haud ullis monstrum, ruit omnia latè,* æ. 12.
. 6. *Pestiferas aperit fauces, opera omnia rumpit.:* æ. 12.
G. 3. *Continuòque avidis ubi subdita flamma medullis*
. 1. *Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite vires,* æ. 6.
. 6. *Spiritus intus alit, totosque infusa per artus*
. 8. *Ignea rima micans, aditumque per avia quærit,* æ. 9.
. 12. *Fluctuat ira intus, partes rimatur opertas.* æ. 11.
. 5. *Nec mora, continuò vastis cum viribus exit* æ. 11.
. 12. *Stridens & celeres incognita transiit auras;* Ec. 1.
. 3. *Stare loco nescit: sonitus procul aere canoro.* æ. 9.
. 12. *Terrificos ciet, & circum loca sulfure fumant,* æ. 2.
. 10. *Et tremefacta solo tellus, satusque profundi* G. 2.
. 9. *Dant sonitum, & vocem late nemora alta remit-* æ. 12.
tunt,
. 1. *(Infandum!) sistunt amnes terræque dehiscunt,*
. 4. *Horrendum dictu! murali concita numquam* æ. 12.
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tantum
. 3. *Porta tonat cœli, cuncti se scire fatentur,* æ. 11.
. 1. *Ipsa Jovis rapidum jaculata, è faucibus ignem* æ. 8.
. 5. *Nulli visa citò decurrit tramite recto,* æ. 8.
9. *Fulminis acta modo, totoque ardentis ab ore* æ. 12.
9. *Saxea pila cadit, volat atri turbinis instar* æ. 12.
3. *Aëra per vacuum, montes & flumina tranat,* G. 3.
9. *Ardua sic illam fert impetus ipsa volantem:* æ. 3.
3. *Castella in tumulis ad terram pondere vasto* æ. 5.
9. *Conjicit, egregiasque urbes, operumque labores,* æ. 9.
2. *Antiquasque domos castris effundit apertis,* G. 2.
2. *Fundamenta quatit, densos prorumpit in hostes,* æ. 2.
1. *Tam multæ scelerum facies? quæ causa subegit* æ. 8.
Ignotas tentare artes? labor omnia vincit G. 1.
3. *Immanis, quid non mortalia pectora cogis* æ. 3.
Auri sacra fames? cædisque insana cupido? æ. 9.
4. *Quis novus hic nostris successit sedibus auctor* G. 1.
10. *Causa mali tanti? Stygiis sese extulit undis.* æ. 3.
7. *Credo equidem, nec vana fides, pro talibus ausis.* æ. 2.
6. *Tum Pater omnipotens rerum cui summa potestas*
Ipse repertorem Stygias detrusit ad undas, æ. 7.
1. *Et tristes sine sole domos: abolere nefandi* æ. 4.
6. *Cuncta viri monumenta jubet, nomenque genus-* æ. 10.
que.

G. 4. *O fortunatæ gentis Saturnia regna*
Æ. 12. *Magnanimi Heroës nati melioribus annis,*
G. 1. *O fortunati quorum sub legibus ævum*
Æ. 2. *At non tam turpes meditando extunderat artes,*
Æ. 12. *Pulveris ut venis abstrusum excudere ignem,*
Æ. 12. *Exitium dirumque metum mortalibus ægris:*
G. 1. *Ante Jovem nulli causas tentare latentes*
Æ. 2. *Aut terebrare casus veteri sub imagine formas*
Æ. 12. *Ferro ausi, quæ tanta animum dementia cœpit?*
Æ. 1. *Quod genus hoc hominum? procul, hinc, procul este profani,*
Æ. 11. *Artificis scelus insidias, suspectaque dona*
Æ. 2. *Attractare nefas, satis est potuisse videri,*
Æ. 6. *Triste ministerium, memoranda inventa Magistri*
Æ. 3. *Sed fugite ô miseri, vastoque immergite ponto*
Æ. 4. *Monstrum horrendum ingens, donum exitiale Minervæ.*



IN OBITUM EJUSDEM CARDINALIS. CENTO. V.

EX TIBULLO.

NUNC & amara dies, & noctis amarior umbra est,
Heu miserum! frangit fortia corda dolor:
Quid queror infelix, felix quicunque dolore
Alterius disces posse carere tuo,
Hunc cecinêre diem Parcæ, tristesque sorores
Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt:
Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis?
Tinctaque sydonio murice lana juvat?
Quid mihi nunc prosit lacrymas fudisse tepentes?
Sed prodest sanctis thura dedisse focis:
Vrantur pia thura focis, urantur odores,
Quisquis ades linguâ, vir mulierque fave:
Hoc solenne sacrum multos celebretur in annos,
Dum cœlum stellas, dum vehit amnis aquas:
Ut tristem mortis demonstret littera causam,
Fac lapis inscriptis stet super ossa notis.
Hic jacet immiti consumptus morte Sacerdos,
Insignis clarâ conspicuusque domo.
Sit lacrymas fudisse satis; quater ille beatus,
Cui decorant sanctas florea serta comas.



EPITAPHIA.

EPITAPHIUM, ut illud definit Jacobus Pontanus, ibro poëticarum institutionum tertio.

Est metricum quoddam Epigramma, quod videlicet inscribi ossit defunctorum sepulchro, illorum plerumque nomen, ætatem, erita, statum, dignitates, laudes tum animi tum corporis, ortis genus, aliaque hujusmodi, graviter & sæpius cum quadam ommiseratione, ac interdum ingentis doloris significatione, brevier indicans.

Idem Pontanus in multa genera dividit, ego in duo, in seia & jocosa: Seriis, ut par est, priorem locum dabo.



AGAMEMNONIS EPITAPHIUM Ex Ausonio.

ex Regum Atrides fraternæ conjugis ultor,
Oppetii manibus conjugis ipse meæ.
uid prodest Helenes raptum punisse dolentem,
Vindicem adulterii cum Clytemnestra nocet?



NESTORIS ex eodem.

oc tegor in tumulo, quarti jam prodigus ævi
Nestor, consilio clarus, & eloquio.
bjecit sese cujus pro morte peremptus
Filius, & nati vulnere vivo pater.
heu! cur fatis disponere sic placet ævum
Tam longum ut nobis: tam breve ut Antilocho?



ASTYANACTIS ex eodem.

los Asiæ, tantâque unus de gente superstes,
arvulus Argivis sed jam de patre timendus
ic jaceo, Astyanax, Scæis dejectus ab altis.
roh dolor! Iliaci, Neptunia mœnia, muri
iderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

EX

EX SEPULCHRO LATINÆ VIÆ.

Non nomen, non quo genitus, non unde, quid egi,
Mutus in æternum sum, cinis, ossa, nihil.
Non sum nec fueram, genitus tamen è nihilo sum;
Mitte, nec exprobes singula, talis eris.

EPITAPHIUM POMPEIORUM.

Aut Asia, aut Europa tegit, aut Africa magnum
Quanta domus, toto quæ jacet orbe, ruit.

TUMULUS FLORIDI.

Quod vixi flos est: servat lapis hoc mihi nomen:
Nolo Deos, Manes, flos satis est titulo.

ANONYMI.

Risi, ploro: fui, non sum: studui, requiesco:
Lusi, non ludo: cecini, nunc metuo: pavi
Corpus, alo vermes: vigilavi, dormio: dixi
Salve, dico vale: rapui, rapior: superavi
Vincor: certavi, pace utor: jure ego vixi,
Jure igitur morior: non obsto, obstare nequirem:
Terra fui quondam, rursus sum terra; nihil sum.
Terra caduca vale, vermes salvete, recumbo.

POMPEII ex MARIO MOLSA.

Dux Phariâ quamvis jaceas inhumatus arenâ
Non ideo fati est sævior ira tui.
Indignum fuerat tellus tibi victa sepulchrum:
Non decuit cælo te nisi, Magne, tegi.

ROMÆ VETERIS TUMULUS,
ex Joachimo Bellaio.

Montibus è septem totum diffusa per orbem,
Sydera sublimi vertice Roma tuli.
Sub pedibus terras utroque à littore pressi:
Atlantem tenuit dextra, sinistra Scytam,
Jupiter hos etiam disjecit fulmine montes,
Et tumulos jussit corporis esse mei.
Incubuit capiti rupes Tarpeïa nostro:
Pressa Quirinali pectora nostra jacent.
Crura Palatinus, geminos hinc inde lacertos
Collis Aventinus, Vimineusque tenent,
Exquiliæ surgunt, & surgit Cælius illinc,
Hæc quoque sunt pedibus facta sepulchra meis.
Sic quæ viva sibi septem circundedit artes,
Mortua nunc septem contegitur tumulis.

EX ANDREA FRUSIO SOCIETATIS JESU.
Ejusdem Epitaphium.

Languentem gressum paulisper siste, viator,
Et lege marmoreis carmina sculpta notis.
ROMA fui, quondam toto celeberrima mundo,
Marte, situ, ingenio, nobilitate potens.
Quippe triumphalis frenavit legibus orbem,
Paruit imperio terra fretumque meo.
Impositæ septem micuerunt collibus arces,
Totque arcus, thermæ, templa, theatra, viæ.
Prorsus eram fœlix, si non peritura fuissem,
Et nisi tam multas sors rapuisset opes.
Roma ego jam non sum, perii, propriisque ruinis
Obruta sum, gremio condor & ipsa meo.
Reliquias quascunque vides, quæ diruta cernis
Mœnia, splendoris sunt monumenta mei.
Frustra igitur ROMAM ROMÆ *tu quæris, abire*
Jam potes huic ROMÆ, ROMA *sepulta jacet.*
Interea temere perituras ne strue moles,
Cautior exemplo cum potes esse meo.
Carpe viam, volui scires hæc pauca, memento
Ut meminisse mei, sic meminisse tui.

JANI

JANI VITALIS PANORMITANI.

Qui ROMAM *in mediâ quæris novus advena* ROMA,
Et ROMÆ *in* ROMA *nil reperis mediâ.*
Aspice murorum moles, præruptaque saxa,
Obrutaque horrenti vasta theatra situ.
Hæc sunt ROMA *vident vel ut ipsa cadavera tantæ*
Urbis adhuc spirent imperiosa minas?
Vicit, ut hæc mundum, visa est se vincere: vicit,
A se non victum ne quid in orbe foret.
Nunc victa in ROMA *victrix,* ROMA *illa sepulta est.*
Atque eadem victrix, victaque ROMA *fuit.*
Albula Romani restat nunc nominis index,
Quæque etiam rapidis fertur in æquor aquis.
Disce hinc quid possit fortuna, immota, labascunt
Et quæ perpetuò sunt agitata, manent.

EPITAPHIA LUDICRA.

PHILOMELÆ ex HIERONIMO AMALTHEO.

Lenierat dictis querulis concentibus aures,
Garrula trans lethen dum veheretur avis:
Annueratque illi captus dulcedine vocis,
Æacus illicitam posse redire viam.
Et jam vitales iterum rediisset in oras,
Remigium alarum ni lapis opprimeret.

TUMULUS AUGONIS CANIS
Ex Andrea Naugerio.

Venator celerem mærens Augona Melampus
Confossum rapido dente ferocis Apri;
Hâc illi in ripâ tumulum, frondente sub umbrâ
Eripit: hoc ipso concidit ille loco.
Non impune quidem prædo sceleratus abivit:
Procubuit jaculis cæsus, & ore canum.
Tu tamen è cunctis canibus præstantior Augem,
Fiden Augen, sylvis qui modo terror eras:
Tu dilecte jaces, sed ab altâ hæc fascia pinu
Millusque, & millo vincula juncta suo:
Quin decisa feri cervix tibi pendeat hostis:
Sintque una ex animo signa dolentis heri.

TUMULUS HYLACIS CANIS.
Ex eodem.

nte canes omnes pastori carus Amyntæ
Nuper ab Illirico littore missus Hilax,
um solitas agit excubias, & sceptra tuetur,
Nec vigilans socii cætera turba canes:
ua rapidus sese media inter saxa Timavus
Mergit: & inde iterum prosilit amne novo.
e quidem sævâ titulos tutatus ab ursâ est:
Ipse sed ingenti vulnere cæsus obit.
nstituit viridi tumulum de cespite Amyntas:
Hæc voluit ratam præmia habere fidem.
æsta gemunt armenta: mali, furesque, lupique
Extincto hoc sibi jam cuncta licere putant.

IN OBITUM BORGETTI CATULI.
Ex eodem.

Borgettus lepidus catellus ille
Cujus blanditias proterviores
Et lusus herus ipse tantum amabat
Quantum tale aliquid potest amari.
Nec mirum; dominum suum ipse norat
Caram bima velut puella matrem,
Et nunc illius in sinu latebat,
Nunc blande assiliebat huc & illuc
Ludens, atque avido appetebat ore,
Erectis modo cruribus, bipesque
Mensæ adstabat herili: heroque ab ipso
Latratu tenero cibum petebat
Nunc raptus rapido, maloque facto
Ad manes abiit tenebricosos.
Misello, O canis, O miser catelle,
Nigras parvulus ut timebis umbras!
Ut sæpe & dominum tuum requires!
Cui pro deliciis, jocisque longum
Heu! desiderium tui relinquis.

NAUTÆ & RUSTICI TUMULUS.

aufragus hâc situs est, jacet illâ rusticus Urnâ;
Ad stiga, sive salo, par via, sive solo.

LAU-

LAURENTII VALLÆ.

Tandem Valla jacet, solitus qui parcere nulli est :
Si quæris quid agat, nunc quoque mordet humum.

HOMINIS MEDICI.

Nulla mihi vivo domus, at nunc certa sepulto est
Vitaque paupertas, mors mihi divitiæ.
Vita mihi exilium, requies ac certa sepulchrum :
Nudus eram vivus, mortuus ipse tegor.

ANONYMI.

Quem nive, nocte peto, nucis hic me stipite lædit ;
Sic mihi nix, nox, nux, nex fuit ante diem.

ARETINI.

Condit Aretini cineres lapis iste sepultos,
Mortales atro qui sale perfricuit.
Intactus Deus est, illi causamque rogatus,
Hæc dedit : ille inquit, non mihi notus erat.

VIRI CUJUSDAM PINGUISSIMI.

Amplissimus vir hic jacet.

VIGLII CUJUSDAM.

Viglius hic recubat decorat quem gemma pelasgum :
Quo dempto, invenies vilius esse nihil.

GRAM

GRAMMATICI.

ammaticam solvi, multos docuique per annos:
Declinare tamen non potui tumulum.

JOANNIS FOSSÆ.

ec sunt in fossâ Fossæ mirabilis ossa,
Qui sibi condendo versus cote comminuit brum.

ERBII AQUIS SUBMERSI.

c jacet heu lurconum gloria, luxque, nepotum
ux vixit, purum semper potavit Iäcchum.
llor. Si unquam lymphis lavisset Iäcchum,
veret, at miserum vino mista unda peremit.

OMINIS CUM NAVE COMBUSTI in Mari.

felix mediis Caphareus exarsit in undis:
In nostram (heu!) coëunt ignis & unda necem.

ec Capharei cineres feralis continet urna
Crudelis (mirum!) cui dedit unda rogum.

MOLITORIS.

irum farinæ eludit hic cippus bonæ,
quippe semper aliis surripuit optimam;
um vir farinæ molitor hic fuit bonæ?

EPIGRAMMATA.

EPIGRAMMA quid sit, quasque virtutes habeat, breviter x Matthæi Raderi Societatis Jesu commentariis, & Jacobi ontani è societate Jesu institutionibus poëticis.

EPI-

EPIGRAMMA, si ad vim vocabuli attendas, nihil est aliud quam inscriptio.

At verò, uti nunc accipitur, est poëma breve, cum simplici cujuspiam rei, vel personæ, vel facti indicatione; aut ex propositis aliquid deducens.

Aliud est simplex, aliud compositum.

Simplex, in quo res aliqua, persona, seu factum exprimitur, nullaque inest comparatio, ut cognosces ex isto exemplo:

Mantua me genuit: Calabri rapuere; tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Composita, cum ex propositis aliud deducitur, idque vel majus vel minus; vel par, vel diversum, contrariumve. Majus deducitur à Martialis primo Epigrammate, quo amphitheatrum Titi septem orbis miraculis antetulit.

Barbara, Pyramidum, &c.

Minus, ut idem Martialis lib. 9. Epigr. 49. ad Gallicum.

Patria sunt illi lib. 8. Epigrammate 35.

Cum sitis similes, paresque vitâ,
Uxor pessima, pessimus maritus,
Miror non benè convenire vobis:

Sæpe diversum colligitur,

Pars maxillarum tonsa est tibi, Pars tibi rasa est,
Pars vulsa est: unum quis putet esse caput:

Plurima sunt quæ contrarium inferunt:

Difficilis, facilis; jucundus, acerbus, & idem.
Nec possum tecum vivere, nec sine te:

Et,

Insequeris, fugio; fugis insequor: hæc mihi mens est
Velle tuum nolo, Dindime nolle volo.

Cætera omitto, de quibus vide institutiones Poëticas Pontani, genus carminis liberum, sed ita, ut duo triave genera potissimum usurpentur: Elegiacum, Phaleucum, Iambicum.

Virtutes epigrammatis tres numerantur præcipuè Brevitas, venustas, argutia. Quarum ultima principatum obtinet.

Quod ad brevitatem pertinet, laudantur maxime quæ duobus clauduntur versibus. Quamquam & sunt optima multa tristica, tetristica, pentastica, septastica, eptastica, enneastica, decastica, quæ passim occurrunt apud Martialem, Catullum, & in Anthologia græcorum; imo & Catullus & Martialis trigesimum versum excedunt.

De brevitate & longitudine epigrammatis sic Martialis libro 2. Epig. 77.

COSCONI, qui longa putas Epigrammata nostra
Utilis ungendis axibus esse potest.

tu credideris longum ratione colossum
Et puerum bruti dixeris esse brevem.
sce quod ignoras: Marsi doctique Pedanis
Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
n sunt longa quibus nihil est quod demere possis,
Sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

Argutiæ tota vis plerumque est in extremo versu, aut sticho, velut in teli mucrone, (*Unde & dicitur acumen igrammatis*) id quod patet ex iis quæ subjiciemus. Venustas quæ suavitatem continet in Epigrammate tunc nitur cum est rotundum, amœnisque & gratis verbis comsitum; non distortum numeris, non hiulcum, sed quod bem sententiæ feliciter absolvit, quodque duplex sensum comparationes gratas continet; faciliùs hæc omnia perficientur exemplis.



EX ANTHOLOGIA.

In semiaridum qui petierat ab Adriano rege victum.

Tentatur pars una fame, pars mortua nostri est:
Hemitonum serva Rex Adriane meum.




RESPONSUM REGIS.

ditem & solem offendis, dum fallis utrumque;
Illum non adiens, hunc etiam aspiciens.



IN NASUTUM.

icimus Hermocratem nasi, nam dicere nasum
Hermocratis parvis quid nisi magna dare est.



IN EUNDEM.

laud manibus Proclus potis est emungere nasum:
Namque est pro nasi mole pusilla manus.
e vocat ille Jovem sternutans, quippe nec audit
Sternutamentum, tam procul aure sonat.




IN IMAGINES PHAETONTIS ET DEUCALIONIS,
Male pictas.

Deucalion per te Phaëtonque, Menestrate, pictus
Quonam sit pretio dignus uterque rogas.
Rebus utrumque suis dignabimur: ille sub undis
Mergendus; Phaëton igne cremandus erit.




IN CYTHARÆDUM IMPERITUM.

Vicinos totâ dum psallit nocte, necavit
Simylus incolumi sed tamen origine.
Finxerat hunc surdum natura, sed omine dextro
Qua negat auditum, vivere posse dedit.



IN PARVOS.

Hunc orbem ex atomis Epicurus credidit ortum
Illis quippe nihil credidit esse minus:
Si tunc vixisset Diophantus, is ex Diaphanto,
Crederet, est atomo qualibet ille minor.
Aut certè ex atomis si cætera crederet orta,
Ortas ex ipso crederet esse atomos.




IN PIGROS.

Carcere quem subiit dum Marcus abire pigratur,
Non factæ cædis maluit esse reus.



ITEM.

Per somnum ille piger Marcus quia forte cucurrit
Insomnis, cursus ne quoque currat agit.



IN VACCAM MYRONIS.

Pastor age armentum procul hinc, ne forte Myronis
Sectetur vaccas bucculа viva tuas.

in cælum hanc sculpsit, sed in ars quam longa senectus
Vertit, mentiris nunc opus esse tuum.

se Myron dicet nostræ non buccula dextræ
Ista, sed Istius sculpsimus effigiem.

on Myro me vaccam finxit, mentitur, abactam
Armento, miseram vinxit ad hunc lapidem.

i Myro saxa pedes mihi devinxisset ad ista?
Buccula cum reliquo pascerer ipsa grege.

Cur vitule his nostris sic mugis ilibus adstans?
Ars nostris nullum lac dabit uberibus.

Mugiet, hæc, credo; quod si mugire moratur
Culpa æris, sensu quod caret, haudque fabri.

Huic vitulus vaccæ blanditur, quam Myro finxit
Et spectat matrem non secus atque suam.

Cur urges ut progrediar? ne punge bubulce;
Haud equidem ars nobis hoc quoque posse dedit.

Venit abacturus vaccam sibi forte viator:
Sed, Myro, ut æs tetigit fur vacuus rediit.

IN STATUAM NIOBES.

E viva saxum me Dii secêre, facitque
Praxiteles vivum, saxea quæ fueram.

In quendam nomine HORTUM Parisiis Suspensum.

Mutavere locum miracula; pensilis hortus
Est nunc Parisiis, qui Babylone fuit.

IN VENETIAS.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in oris
Stare urbem, & toto ponere jura mari.
Non mihi Tarpeias, quamtumvis Juppiter, arces
Objice, & illa tui mœnia Martis, ait.
Si pelago Tybrim præfers, urbem aspice utramque,
Illam homines dices, hanc posuisse deos.

Inerti de Asino qui Æneidem discerpsit.

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus,
Hoc factum Trojæ est, aut Equus aut Asinus.

IN NERONEM.

Quis neget Æneæ magnâ de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

HOMO E NIVE.

Hinc procul hinc ignes aufer; nam si adjicis, eheu!
Ignibus in mediis, sum periturus aquis.

Frigore dum pereunt homines, ego frigore vivo.

Depellunt alii objectis sua frigora flammis;
Sed mea si perdam frigora, tum morior.

Frigus, dulcis vita mihi est, homo sum tamen; igni
Quis sine vitali vivere posse putet?

De JULIO Flente quod è Tribus Sororibus Duæ obiërunt.

Alius est æger, quid causa est? maxima certè;
Heu factum! gemina est mortua namque soror.

Tanto-

Tantóne Idcirco fletu consumitur? aut non?
Cur igitur luget? tertia restat adhuc.

IN PAMPHILIUM.

Mittis vina mihi, Pamphili vina supersunt.
Vis mage quod placeat mittere: mitte sitim.

AD MARCUM MILITEM
Luscum & Lippum.

Ex oculis superest unus tibi, Marce, duobus,
Perpetuo faciem qui tibi rore rigat.
Cur tibi qui superest mæstus lachrymatur ocellus?
In bello fratrem perdidit ille suum.

CHRISTUS IN CRUCE.

Aut amor aut furor est, quod Christe ex arbore pendes:
Quin, amor, & furor est; hic meus, ille tuus.

CHRISTUS Aquas in Vinum convertit.

In vinum aquas Christus quod verterit undas,
O plebs mirari desine, vitis erit.

IMBERBIS AD CALVUM.

Calve: meos nunquam potui numerare capillos,
Nec tu (nam nulli sunt) numerare tuos.

RESPONSIO CALVI.

Bellule, Calvitiem ne ride, illam tego; sed tu
Barbæ defectum non poteris tegere.


ÆNIGMATA.

EX ÆNIGMATIBUS SYMPOSII.

I. CATENA.


NEXA *ligor ferro. Multos habitura ligatos,*
Vincior ipsa prius, sed vincio vincla vicissim;
Et solvi multos, nec sum tamen ipsa soluta.

 II. FUMUS.




II. FUMUS.

Sunt mihi sunt lacrimæ, sed non est causa doloris,
Est iter ad cœlum sed me gravis impedit aër;
Et qui me genuit sine me non nascitur ipse.




III. FLUMEN & PISCIS.

Est domus in terris, clarâ quæ voce resultat,
Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes:
Ambo tamen currunt, hospes simul, & domus una.




IV. NAVIS.

Longa feror velox formosæ filia sylvæ
Innumeris pariter comitum stipata catervis,
Curro vias multas, vestigia nulla relinquens.




V. PULLUS IN OVO.

Mira tibi referam nostræ primordia vitæ,
Nondum natus eram, nec eram tum matris in alvo.
Jam posito partu natum ne nemo videbat.



VI. TINEA.

Litera me pavit, nec quid sit litera novi.
In libris vixi, nec sum studiosior: inde
Exedi musas, nec adhuc tamen ipsa profeci.



VII. TESTUDO.

Tarda gradu lento, specioso prædita dorso;
Docta quidem studio, sed sævo prædita fato;
Viva nihil dixi, quæ sic modo mortua canto.



VIII. GRUS.

Litera sum cœli pennâ per scripta volantis,
Bella cruenta gerens volucri discrimine Martis,
Nec vereor pugnas, dum non sit longior hostis.

LOG

LOGOGRIPHI.

EST aliud genus Ænigmatis quod hæret in vocabulis. Sumitur enim vocabulum aliquod; quod totum primò verbis obscuris explicamus, seu potiùs implicamus, ut difficile intelligatur quodnam illud sit; tum partes ejus percurrimus, hoc est, vocabula alia in eo latentia, quæque erui possunt ex illo, si diversas ejus syllabas simul jungas. Vocantur id genus ÆNIGMATA ET LOGOGRIPHI, sed exempla melius docent, ut dixi jam sæpius. Sumo verbi gratiâ hoc nomen. PAPYRUS 1. sumes totum, & Sic Papyrum describes.

Tolle nihil, peperit me fertilis ora Melonis.

PAPYRUS enim nascitur in ora nili fluvii in Ægypto, qui fluvius ab Ausonio vocatur Melo. Jam sume tres illas literas quæ mediæ sunt inter *PA* & *RUS* leges *PYR* quæ vox Gracè significat *Ignem*, quare subjicies.

Deme caput, plantasque mihi, mox cuncta vorabo.

(Deme caput) nempe primam illam syllabam PA, quæ capitis vicem gerit, cum sit initium dictionis, (plantasque) id est extremam syllabam, quæ eundem in eâ voce locum obtinet, quem pedes in homine. Additur postea,

Planta dabit segetem, si fœcundârit, opimam.

Id est, Rus est in extrema syllaba ejusdem vocabuli: RUS autem, si diligenter colendo fœcundum effeceris, sementemque huic crediderit, quid impediet quo minùs segetem opimam ferat. *Sed alia placet addere.*

BILIS.

Ultima bella movent. A. *Totum facilè ardet in iras.* B. *A.* LIS. B. BILIS.

GLIS.

Totum dormitat, A. *turbat pars pessima somnum* B. *A.* Glis tota hyeme dicitur dormire. *B.* Hujus vocis (GLIS) pars est LIS. LIS autem somnum hominum turbat, ut nemo nescit.

SUMMUS.

Me nihil est majus toto, A. *Sed nil minus est me*
Diviso, B. *ventrem si tollis at esse nequimus.* C.

A. Nam quid SUMMO majùs? B. Quid enim MURE minùs aut abjectiùs?

C. Si enim tollas unum M. Restat SUMUS, quod autem est, non potest non esse eo modo est.

UBER.

Deme mihi ventrem omnigenis sum floribus uber, A.
Si mihi nil demas manabit lacteus imber. B.

A. Tolle enim. *B.* ex hâc voce UBER, supererit VER. *B.* Erit enim *UBER*, seu mamma. Hoc autem notandum est, Logogriphum gratiorem esse & acutiorem cum vocabulum ipsum inest in eo expressum, ita tamen ut Logogriphus explicari nequeat. Quod & sequenti acumen & gratiam addit.

PARS.

Dum totum sumes, tum nil sumes nisi partem; A.
Detrahe particulam, faciemque doceboque cuncta; B.
Tu mihi deme duas partes totidemque relinque,
Bissenas me complecti mirabere partes.

A. Logogriphus enim est de hâc voce PARS.
B. Nam si demas *P.* supererit *ARS*: si enim tollas duas illas partes *P.* & *R.* erit *AS.* *As* autem complectitur duodecim.



REBUS.

TERTIUM genus est quod Gallicè REBUS appellatur, quare verò ita dicatur, fateor me nescire. Hoc scio esse ludicra quædam ænigmata, quæ consistunt modò in pronuntiatione, modò in ratione scribendi.

In pronuntiatione, ut in hoc.

CELEBRI DE MORTE COEGIT.

Hæc verba sunt Latina quidem, sed ita conjuncta ut nemo ex iis solis sensum possit eruere. At vero si dividas, si pronuncies modo Gallico, invenies,

Epitaphium Equi.

CELE', BRIDE', MORT,, ECOE', GIT.



ILLADES CURÆ QUI MALA CORDE SERUNT.

IL Y A DES CUREZ QUI MAL ACCORDEZ SERONT



In scribendi ratione. Cum literæ positæ solæ nihil aliud significant, quam nomen suum (verbi gratia) posuerit *A. B.* &

& voluerit significare Abbatem Gallicè, ut *ABBE'*; vel cum aliquid subintelligendum est, quod sumatur ex certâ positione literarum, ut in hoc exemplo patet. Quidam pinxit hominem duobus asinis impositum, ita ut alterius dorso altero pede insisteret. Cum hac voce, IE *SVIS*, quid intelligendum? nisi *AV DESSVS DE MES ASNES MIS.* Non est autem magnum discrimen inter *ASNE MIS* & *EN-NEMIS* eodem enim fere modo pronunciantur.



Ita intelligendum illud Ravisii Textoris.

AD AMICVM.

est aliis *servire tenetur*
Jure *qui*
sum *servire necesse est.*
Jure tibi *me*

Id est,

Jure subest aliis, qui subservire tenetur.
Jure tibi subsum, me subservire necesse est.

Sequitur deinde,

Te nulli *cunctos* *videris*
ant *are*
Cum cunctos *te laude*
es *fero cunctis.*

Hoc est,

Te nulli superant, cunctos superare videris,
Cum cunctos superes, te laude superfero cunctis.



Ita legenda est hæc Inscriptio Sepulchri cujusdam, quod est Hamburgi.

O mors Cur Deus negat vitam
be, te; bis? nos, bis nam.

Hoc est, O superbe, mors super te; cur superbis? Deus super nos, negat superbis vitam supernam.


Ita etiam & hoc Epitaphium recentiùs.

Ito
Casu I. O. ssus. IT.

Casu subito oppressus interiit.

Hac vox CASV est sub ITO: O est præSSVS: OPPRES-SVS est inter I & IT.

VER-



VERSUS LEONINI.

Sunt versus Hexametri, vel Hexametri & Pentametri, habentes rithmos in medio & in fine sibi invicem respondentes. Sive etiam more Gallicorum ver suum in fine tantum, p[o] singula disticha, ut videre est in iis quæ subjiciam.

Esse, fuisse, fore, tria florida sunt sine flore,
Nam simul omne perit, quod fuit, est, & erit.



NORMANUS AD IMBERBEM.

Optat Normanus sicut tibi barbifer, annus :
Hoc faciat Janus ne videaris anus.



RESPONSIO.

Radere tu barbam mento Normane memento,
Ne vilosus aper, vel videare Caper.



EPITAPHIUM CONRADI HERNOC-DIENSIS EPISCOPI.

Sic procumbo solo, sceleri dum parcere nolo ;
Vulnera facta dolo, dent habitare polo.



Versus ex Vocabulis quorum idem initium est, constantes.

PUGNA PORCORUM per P. Porcium Poëtam.

PLaudite procelli porcorum pigra propago
Progreditur, plures porci pinguedine pleni
Pugnantes pergunt, pecudum pars prodigiosa
Perturbat pede petrosas plerumque plateas
Pars portentose populorum prata profanat,
Pars pungit populando potens, pars plurima plagis
Prætendit punire pares, prosternere parvos.

Prim

Primò porcorum perfecti pectore plano
Pistorum porci prostant pinguedine pulchri,
Pugnantes prohibent porcellos ponere pœnas
Præsumunt pravis porro plebs pessima pergit.
Protervire prius, post profligare petentes.
Proconsul pastus pomorum pulte perorat
Prælia pro pecude pravâ prodesse proinde
Protervire parum patres persæpe probasse:
Porcorum populo pacem pridem placuisse
Perpetuam pacis promi præconia passim.
Pro præcone piæ pacis per pondera plura
Proponente preces, prudens pro plebe patronus
Porcus prægrandis profert placidissima pacta.
Pacisci placeat porcis, per prælia prorsum
Plurima priscorum perierunt pascua patrum,
Præstat porcellis potiori pace potiri:
Præstat prælatis primam præbere palæstram.
Porro proclivis, pugnæ plebeia potestas
Prælia portendit, per privilegia prisca
Proponens pugna porcos potuisse patenti
Prostravisse pares, per plebiscita probari
Porcum pugnacem pecudem, præclara potestas
Perdet per porcos pugnantes, pergite passim
Perdere præfectos, porci properate pusilli
Perdere pinguiculos, præfectos præcipitare,
Pigritiâ pollent prælati perpetuati.
Postquam plebs pertæsa potentatus penetravit
Præcipiti pede porcelli petiere pusilli
Pugnando properare prius, pessumdare patres.
Præstituunt personatos præcurrere porcos
Propugiles, porro plenum pinguedine putri
Prælatum porcum pistrino pinsere panem
Præcipiunt per posticam, per pervia portant,
Propterea properans proconsul poplite prono
Præcipitem plebem pro patrum pace poposcit.
Persta paulisper, pubes preciosa, precamur
Pensa profectum parvum pugnæ peragendæ
Plures plorabunt, postquam præcelsa premetur
Prælatura patrum, proceres percutientur.
Passim, postea quam pingues porci periere.
Propterea petimus præsentem ponite pugnam
Per pia porcorum petimus penetralia posthac
Prælati poterint patrata piacula parce
Perpetrare procul postponite prælia prava
Præ prælatorum pœnis patientia præstat.
Plebs procellorum partes præcone parato
Portis prælatis proponit particulares
Pacis particulas: pateant præsentia pacta
Porcorum populo, porcorum posteritati.
Principio petimus prælatos perpetuatos

Postponi, propter pia privilegia patrum,
Porcellos patuit pariformi pondere pastos
Porcis persimiles, porcos præstare pusillos,
Propter pulmonem, propter penetrale palati,
Pars parvi porci prunis plerumque perusta
Principibus primis portatu, porro putrescens
Porcorum pectus putri pinguedine plenum
Projicitur passim, partim pro peste putatur,
Propterea porcis prælatis præripiatur.
Pergite porcelli præfectos præcipitare.
Pro prælaturâ porci pugnare parati
Prosiliunt, pars prata petit, pars prona paludes;
Prodit præcipuo proterva petentia plausu,
Porro porcelli pulchre per prata perurgent
Pinguicules properare procul, penetrare parati
Per portas patulas, porcos persodere pergunt
Prosternunt, pinguedo potens prohibet properare.
Propterea pacem proponunt, parcite porcis
Porcelli, posthac potiemur pace perenni,
Propterea pulcher porcellus præco politus
Prospiciens patres pronos peccata profari,
Prospiciens positos prædæ, positosque periclo,
Propositum pandit, pacem perferre potestis?
Parcite prælati: procerum pondus puerile
Perdurare parum propter plerosque putatur.
Perfringunt pacem penitus post pacta peracta,
Ponite pro pacto pignus proferre potentes
Pro pacis praxi, potiora pericula pensent
Porcelli portent pignus, pax pacta placebit.
Princeps porcorum propria pro plebe pedestris
Procumbens, pene perplexus, prælia propter
Pestiferi populi, promittit præmia pulchra
Pultem pomorum propinam pulvere pisti
Pastilli, partem placentæ posterioris,
Pocula profundæ perquam preciosa paludes,
Porcum prægrandem placido pro pignore præbet
Promulgans plenâ porcellos proprietate
Præfecturarum posthac pertingere palmam.
Porro porcelli pinxere prohœmia pacis
Particulis paribus, pateat pax posteritati.
Porci prælati placido pacto pepigerunt
Perpetuam pacem, posthac præcedere parvos,
Porcellos porcos putri pinguedine plenos
Phas posthac porcis passim pugnare pusillis
Pro pomis putridis, pro portæ posterioris
Proventu pingui, poterint purgare plateas
Prolixè poterint pomaria participare
Partiri prædas, patulas peragare paludes,
Proclamaturi porcelli pectore pleno.
Postquam proripitur procellis per peregrinos

ostquam percipiunt pede præbendi posteriori
laudite porcelli, plebes preciosa, perenni
artâ pace parate procul præludia pulchra,
ompas præcipuas, proscænia publica palmæ,
urpureos pannos picturas pandite pulchras
rogeniem priscam porcellorum perhibentes.
riventur platani, priventur pondere pingui,
orcellis passim pomaria prostituantur,
almarum prorsus plantatio præripiatur
endula Prospectâ portentus pace parati
almarum pelei procedat pulchra propago
acificatorum porcellorum penetrando
laniciem patriæ passim peregrando plateas
lantæ pro pedibus plateatim prolicientur:
Portetur per præcipuos præco peramœnus
acis perfector promat præconia pacis
ublicitus, prono procumbant poplite porci
orcellos patriæ patronos profiteantur.
Porro præcedat potu pincerna paludes
ocula propinans plenissima: pabula præbens
ulmenti putris pro proprietate palati
ro præcone potens palea pistura paretur
roluvies pepli polluti, portio pinguis
leni potoris promentis particulatim
ocula præsumpta, prægustatos patinarum
ullos, perdices, pavos, porcos, piperatos.
Prætereà patriæ per prima palatia perget
ersuadens populo porcellorum pietatem,
laudant porcelli, portent per plaustra peronum,
er patriam patulo processu perspiciatur:
istorum porci prope pistrinum patiantur
erpetuas pœnas, præservati prope postes,
erturbent pueri porcos, pene percutiendo,
ropellant porcos pulchræ per pensa puellæ
ertractent parvos porcellos pollice prono,
rocumbent, pilos patientur pectine pecti.
Plaudite porcelli, pistorum plangite porci
istores pascant porcos pastu palearum
ercussos partim pedibus per plurima proba
artim projectos petris pugnisque pedoque
astores pascant porcellos prosperitate
ræcipuè peragrantes prata patentia passim.

P *ostridie postquam porcelli pace potiti*
Præsumêre patres protervè pungere passim,
rælia prædictæ pugnæ populis perhibentes
lurima porcorum pensans præsaga potestas
roposuit primo palmæ præscribere pondus
estiferæ plebi porcellorum pedetentim,
roposuit pedites precio pro possè parare

Porcos

Post.

*Porcos prædones per pagos perque paludes
Pungentes pecudes promuscide, phamaque passim
Perfertur properatque pecus proclive proinde
Præficitur pennæ procurator peracutus :
Ponens pugnaces porcos pecudesque papyro,
Promittunt posito pede præfectis properare
Præscripto pugilum pugnam præstare parati
Præcipuum prout præcipient princeps pugilesque.
Porro proventus precii plerisque parantur,
Præcurrunt proceres precii plerisque parantur
Placant pollicitis, proh, paupellos peregrinos
Perfidiam patrant proprioque penis potiores
Præstituunt prædas, proponunt postea plebi
Persolvendarum propinarum paraclesim
Pugnaque protrahitur porro porcus philomusus
Pædotriba pusillorum per parrisienses
Promotus, pagi pastor, parochusque paludis
Paulum perdoctus pariter producere petrum :
Pertractabatur proh perdita pectora plena
Perfidiæ : pudeat perceptæ præmia prædæ
Plebi præriperet, peccato pernitioso
Peccatis prodet profusa pecunia, prodet,
Prodet prædones : postquam pensent peregrini
Præmia pro pugnâ patratâ, proque periclis.
Personuit parochus, pergens proponere plures
Perfidiæ partes, porro princeps pugilesque
Pestiferum parochum proclamabant perimendum
Pseudo evangelicumque probabant, præcipitandum
Ponto, præterea plus provenisse pericli
Persuasu parochi, plus ponderibus pavimenti
Portæ præcelsæ plus pulveribus platearum,
Protestabantur pœnis plectendum poste patente
Ponendum prope prunas, particulisque perustis
Profundo puteo profunde præcipitandum.
Publicitus puciles prædicta piacula patrant.
Plebsque putat pulchrum philomusum perdere porcum
Proinde preces princeps proponit plebsque parata
Promittit parere piis precibus pugilesque
Partiri pergunt propinam : perficiuntque
Perfidiam, pauci prohibent peccata patrari
Pro placito pugilum, plecti plerique putantur
Propter perfidiam propalatam peregrini.
Postquam porcelli præceperunt peregrinos
Privari precio, prolixe pensiculando
Publicitus propere procurrant præmia pugnæ
Proponi porcis paganis, persoluturus
Prostat præco potens, plures præcurrere porci
Prætendunt, prohibetque pedo plus percipientes.
Postquam pellecti precio porci peregrini
Præsidium pugna præbebant, præcipitare*

Pugnam

Pugnam pergebant porci, porro properabant
Partim pingueculi partim putredine pleni
Provecti plaustris, partim pedites properabant.
Porro porcelli præceperunt peregrinis,
Plaustra penetrando porcos prosternere pingues
Producique palam pendendos poste potente.
Propterea pedites prudenter progredientes
Perturbaverunt projeceruntque potenter
Plaustrum porcorum, prædâque potente potiti
Præcipuos porcos protraxerunt plateatim,
Porro porcorum prospecto principe primo
Præco potens portis propinavit perimendum
Plectendum pœnis, pendendum peste patente.
Porro pauca peti princeps proferre priusquam
Perficiet placitum præconis plebs pileata,
Permittitque parum proponere, proinde profatur
Parcite porcelli, proavorum prisca putamur
Progenies, prisci potuerunt plura parentes
Prælia pro patriâ patrare, pericula plura
Pro populo perferre pio, pro plebe parati
Pœnas pauperiemque pati, possunt pietatem
Publica phana parentum Pyramydesque probare
Promeriti pulchrè per præmia picta probantur
Propterea pensate precor, pensate periclum,
Parcite perdendo, pietatem perficientes.
Postquam perfecit princeps prædicta parumper
Plorans percutiensque palam pectus peramœnum
Profert parcendum ploranti præco politus
Propter progeniem, propter preciôsa potentum
Patrum privilegia, prognatumque profatus.
Progenie propriâ princeps præcoque proinde
Pergunt pacifici populo prope prospiciente,
Prælatos pariter, prælatis participari,
Partiri prædas: porro promiscua plebes
Propterea profert, pereat prælatio prava.
Postquam parturiunt præclara penaria prædas,
Perficiunt pacem pariter, pariter populusque.
Posteaquam patuit prærepta pecunia plebi
Plangunt privatim procerum præcordia pacem,
Plectunt perjuro perjuria plura patrantes
Propterea porci, porcelli plebs populusque
Posthac principibus prohibent producere pugnam.

FINIS.



TABULA Eorum quæ in hac SYLLVA continentur.

FINIS.

